Digitized by Google

NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
14
34 A
9

Adiutorium nostrum in nomine
Domini. ℟ qui fecit cęlum et
terram
℣ Dominus vobiscum ℟ et
cum Spiritu tuo
Oremus
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Domine Iesu Christe, qui tegmen
nostrę mortalitatis induere
dignatus es: obsecramus im
mensam tuę largitatis abun
dantiam, ut hoc genus vesti
menti, quod Sancti Patres
ad innocentię, vel humilitatis
indicium abrenunciantes

sęculo ferre sanxerunt,
ita bene✠dicere digneris,
ut hi famuli tui, qui hoc
induti fuerint, te quoque
induere mereantur. Qui
vivis et regnas cum deo
patre in unitate ~~[illegible]~~
Spiritus sancti Deus per
omnia sęcula, sęculorum.
Amen

Deinde aspergit ipsa in
dumenta aqua benedicta

REGVLA DIVI PATRIS BENEDICTI,

& vita

EIVSDEM EX SECVNDO libro Dialogorum Sancti Gregorij excerpta,

ACCESSIT

REGVLA SECVNDA eiuſdem Patris B. Mauro tradita, cum in Gallia proficiſceretur.

Ad Vsum Dñi Ioan[illegible]

Matthaei Monac. Cam[illegible]

BIBLIOTECA NA[ZIONALE]
ROMA
VITTORIO EMANUELE

VENETIIS. MDCIX.

Quæ Deus ad Moſen ſacro mandata tuliſti,
Monte dedit populo ſedulus ille tuo.
Spiritus omnipotens Benedicti ex orę locutus
Nos docuit Chriſti ſubdere colla iugo.
Sed quia mortales ſine te nil poſſe fatemur,
Quæſumus, vre ſacris corda ſepulta focis:
Hinc erit, vt patris noſtri præcepta colentes:
Scandamus ſolij tecta decora tui.

DE APPROBATIONE Regulæ

BEATI BENEDICTI, D. Gregorius Papa.

EGo Gregorius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ præſul ſcripſi uitã beati Benedicti: & legi regulam q̃ ipſe ſanctus manu propria ſcripſit Laudaui eam,& confirmaui in ſancta Synodo,& per diuerſas partes Italię, & ubicunq; Latinæ literę legerẽtur præcepi ut diligẽtiſſimè obſeruarent quicũque ad cõuerſionis gratiã acceſſuri eſsẽt uſq; in finem mũdi Et confirmo duodecim monaſteria,q̃ ipſe ſanctus cõſtruxit.

Hæc Gregorius in quodã priuilegio monaſterio Sublacenſi conceſſo.

Ex Chronicis D. Antonini Archiepi Floren. parte 2. ti. 15. c. 23. paragrapho. j.

MOnachi nigri cuiuſmodi credũtur Cluniacenſes: quum eſſent incraſ-

ſati & impinguati dilatatiq; Abbatijs innumeris, vbiq; terrarum vagantes ad libitũ, reſtricti fuerũt aliqualiter per Clene in agro. in exterioribus. Sed in interioribus nigri remanebant. Deus ãt qui inueterata renouat, & carbones igne ſuccẽſos lucidos facit, quoſdam nobiles ſm ſæculũ, & mẽte nobiliores monachos inſpirauit ad Benedicti patris regulam ex integro adimplendam cum quibuſdam conſtitutionibus ad regulã adiũctis. Initiũ habuit circa annos Dñi. MCCCC. in Abbatia q̃ digit' ſanctę Iuſtinę Paduę: cuius cõgregationis, q̃ dicitur ſanctę Iuſtinæ fautor & multũ ad eam affectus et promotor fuit Eugenius. IIII. Quibus in breui multiplicatis, dedit ipſe idẽ multa magna monaſteria: & inter cætera ſancti Pauli extra vrbẽ, & Abbatiam Florẽtinam. Eos ẽt exemit a diœceſanis & alijs Prælatis, & magnis priuilegijs fulciuit: ex qua ẽt religione p ipſum pileatus eſt rubro galero venerabilis vir religionis zelator D. Ioãnes Sicul⁹ Abbas S. Pauli itẽ

in iij. ſecundæ ſummæ ſuę idem. D. Antoninus ſic ait. Sub regula beati Benedicti militant multi ordines: ut monachi nigri, de quibus in Cle. ne in agro. Qui quum eſſent relaxati, reformati ſunt in ſpeciali congregatione, quæ dicitur ſanctæ Iuſtinę &c. Ciſtercien. Camaldulen. Vallis umbroſæ Humiliatorum. Cluniacen. Celeſtini: Oliuetani. Silueſtrini, omnes hi ſub regula Beati Benedicti. Differunt tamen conſtitutionibus & aliqui habitu. Hęc D. Anto. Beatiſſimus autem Benedictus colore nigro uſus eſt: ſicut multę ſcripturæ & monumenta plurima argumento ſunt.

INCIPIT TABVLA ALPHABEtica Capitulorum Regulę Sancti Benedicti.

ABbatis qualitas p totū capitulū. c. 2
Abbas diligēter cogitet quid ſit. c. 2
Abbas Chriſti nomine eſt appellādus. 2
Abbatis frenum. c. 3. 61. 63. 64. 65
Abbas nō ſit acceptator perſonarum 65
Abſcentum fratrum commemoratio 67
Abbatis ordinatio 64
Abbatis ſollicitudo circa infirmos 36
Abbatis coquina 53
Abbatis menſa 56
Alleluia quando dicatur 15
Amori Chriſti nil præponatur 8
Animarum ſalutem Abbas in omnibus conquirat 27
Apoſtatę quoties recipiantur 29
Artes diuerſæ in monaſterio habeant 66
Artifices monaſterij qualiter ſe gerāt 57
Balneorum uſus quib. & qn̄ cōcedat 36
Benedictio miniſtrorum menſæ 35
Benedictio lectoris menſæ 38

Be-

Benedictio de uia redeuntium & exeuntium 67
Benedictionis petitio a ꝑtereũtib. 53.63
Bina refectio quomodo & quãdo fiat 41
Bibere non debemus ad ſacietatem 40
Bibere uel comedere extra horam nullus debet 43
Breuiare orationem in conuentu 20
Breuiare lectiones in matutinis 11
Cantare horas 16.17.18
Cantare & legere nõ præſumant ſecundum ordinem 38
Carnium eſus quibus liceat. 36.39
Cellerarij conditio 31
Cedere nullus alium debet 70
Cibum augere Abbas poteſt 36
Corporis proprij poteſtatem profeſſus non habet 58
Congregationis ordo 63
Cõem formã regulæ & ſeniorũ ſequat 8
Commouens quomodocũque priorem proſtratus ſatisfaciat 71
Comedere extra monaſterium nullus audeat 51

Communia ſint omnibus omnia 33
Cultus diuini diſpoſitio & horarum ordinatio 9
Curratur oĩbus relictis ad opus Dei 43
Clericorum ſuſceptio 60
Dare omnia neceſſaria Abbas debet 55
dare & accipere nulli licet ſine licẽtia 35
Detur cuique quod opus eſt 34
Defendere quis alium non audeat 69
defectus corporum & morũ toleretur 72
delinquentiũ pęna & correctio 33. 28. 46
diſtributio pſalmorum 18
Diſciplina ſuſcipiendorum fratrum 58
Dormitionis diſpoſitio 22. 55
docere nõ dẽt abbas extra pręcepta Dei 2
Ebdomadarij coquię qualiter ſeruiãt 35
elationem fugiant ordinati in ſacris 62
ętas in ordine non diſcernatur 63
eulogia nullus accipiat ſine licentia 54
euagare extra monaſteriũ nõ expedit 66
excommunicationis modus 24
extranea frater fratri non referat 67
excuſatio humilis in impoſſibilibus admittitur 68

Exaltatio ſemper eſt genus ſuperbiæ 7
Fabulis uacans qualiter corripiatur 41
Fallentium in oratorio ſatisfactio 45
Ferramenta monaſterij qualiter tractentur 32
Femoralia exeuntes recipiant 55
Feſtinēt ſe fratres ad horas preuenire 43
Flectere genua laborā in orone debet 50
Frater fratri nō iūgat hora incōpetēti 48
Fructus ſi neceſſe per ſe coligant 48
Genera monachorum quot ſint 1
Gradus humilitatis qui & quot ſint 7
Gradu diſciplinæ 28
Grauiori diſciplinæ quis ſubiaceat 44
Honorent ac diligāt ſe mutuo fratres 63
Honore ſe inuicem præueniant 72
Hora competenti dentur & petantur neceſſaria 31
Hoſpitum ſuſceptio 53.61
Hoſpitem ſine literis Abbatis ſui non ſuſcipiat 61
Humiliare ſe debet monachus 7
Humilitatem intus & extra habere gradus 12

Indumenta fratrum. 55
Infirmorum cura 36
Infirmitates & indigentias Abbas conſideret 55
Intelligentes & duros Abbas diſſimiliter puniat. 2
Inferiorem ſe oībus monachus credat 7
Ingreſſus facilis non detur nouitijs 58
Impoſſibilia ſi fratri iniungantur 68
Indigeris nunquā monacho ſurrepat 39
Ieiunandi tempora 41.48.49
Iaceant permixtim iuuenes & ſenes 22
Iuniores benedictionem petant a prętereuntibus 64
Iuuenum diſciplina 63.70
Iuniores priores ſuos honorent 36
Iuuenibus balnea tardius cōcedantur 36
Karitas ſine labore cuſtodire mandata Dei gradus 12
Karitatem fraternam ſibi muttio caſto impendant amore. 72
Labor manuum quotidianus 48
Lectiſternia fratrum Abbas uiſitet frequenter 55
Lauare pedes hoſpitibus debent 53

Lectoris conditio 38.42.47
Lectio menſis fratrum deeſſe nõ dẽt 38
Lectioni quando vacãdum ſit 28.48.63
Linguam ad loquendum prohibeat monachus grauis 9
Lotio pedum 35
Loci ordinatio 66
loquendi rara licentia 6
Locorum diſtributio 62.63
loquat' monachus lenit' & ſine riſu ca. 11
luce diei omnia conſumentur 41
Lumen in dormitorio nocte ardeat 22
Magiſtram regulam omnes ſequãtur 3
Malum pro malo non reddere 4
Menſura cibi cum lectione 39
Menſa iuuenum 36.63
Mens concordet voci in horis 19
Mixtum accipiant miniſtri & lector 38
Monachus uerus pro uictu laboret 48
Monachi pegrini qualiter ſuſcipiant' 61
murmuratio facit opus minus acceptũ 5
murmuratio cauẽda eſt 4.5.23.34.35.40
munuſcula dare, & accipe nulli licet 54
murmuratio ante omnia caueatur 44

Neceſſaria omnia ſperare a patre mona-
ſterij 3
Negligentes & delicati quid operētur 4
Nihil agat monachus niſi quod commu
nitas gradus
Nihil proprij habere licet monacho 33
Nobiles non prēferantur ignobilib. 2.18
Nobilium ſuſceptio 59
nocte media ſurgam⁹ ad cōfitēdū Deo 16
Nomine puro nullus alium nominet 63
Nouitiorum ſuſceptio 58
Nouitij probentur in omni patientia 85
Noua ſumentes:uetera reſignent 55
Nouitio non licet poſt profeſſionem col-
lum excutere de iugo regulæ 58
Obediētia ſine mora monacho cōuenit 5
Obedientia acceptabilis Deo quādo ſit 5
Obedientia in duris & aſperis patiētiam
amplectatur. gradus 4
Obedientia debemus ſubijci noſtris ma-
ioribus gradus 3
Obedientia cum murmuratione meri-
tum non habet ſed pœnam 5
Obedientiæ qualitas 5

Ocio-

Ocioſitas monacho nocet 48
Obediētiæ labor perducit ad patriam in prologo
Oblata a priore non recuſentur. 43.68
obedientia non ſolum Abbati ſed et fratribus exhibenda eſt 71
obedientiam certitatim ſibi mutuo impendant fratres 71
obediendum quomodo ſit 5
ocioſa verba in omni loco damnātur 48
oculos in terra fixos habeat monachus gradus 12
operi Dei nihil præponatur 43
oratio ſit breuis & pura 50
orare non clamoſe 51
orationis reuerentia 19.20.45
Patientiam in duris & contrarijs habere gradus 4
Paupertatum ſuſceptio 53
peculiaritas amputanda eſt 53
pſeuerās vſq; ī finē hic ſaluus erit grad⁹ 4
potus menſura 40
propriū uoluntas abſcindatur in dandis conſilijs 3

Po-

Potum augere poteſt prior 40
pulmentaria dao ſufficiant 39
præpoſiti qualitas & ordinatio 21.65
profeſſio monachorum qualis ſit 58
proprietatis abdicatio 33.54.55.57
proprietas eſt radicitus ȧmputāda 23.55
pſalterium ex integro pſallatur per hebdomadam 18
Quadrageſimæ obſeruatio omni tempore paucorum eſt 48.49
Quadrageſimæ temporibus orationi uacandum eſt 49
Quot pſalmi dicendi ſint per horas 17
Rōnē reddere de ſuis iudicijs. 3.55.63.65
Rationem reddet Abbas de omnibus ſibi commiſſis. 2
Rebellis & contumax quomō puniatˀ 23
Regulę imperfectio 73
Regulę dęſtrictio ſenibus & infantibus non teneatur 37
Regula nouitijs ter ſub anno legatur. 58
Regulam pręſentem Abbas in omnibus conſeruet 64
Reficientes non utantur lumine 41

Refectionis hora 35.38.41.43
Res fratrum male tractātiū; pæna 32.46
Requirenda a priore cum humilitate re quirantur. 6
Riſus facilitatem caueat monachus grauis 10
Sacerdotis ordinatio 62
Satisfacere vnus alteri quomodo dēat 71
Sacerdotum ſuſceptio 60
ſanis balneum tardius concedatur 36
ſatisfactio negligentiarum 4.11.43.49
ſeruire debent fratres per ſe 35
ſeniores honorentur a iuuenib. 6.63.71
ſigno audito oēs ad horas occurant 43
ſilentij tempus 42.48.52
ſilentium ſtudeant monachi omni tempore ſeruare 42
ſignis neceſſaria petantur 38
Summo cum ſilētio exeāt oratorium 52
ſummum ſilentium in menſa teneat 38
ſummū ſilentiū in dormitorio teneat 48
ſummum ſilētium poſt completorium teneatur 42
ſcurilitatis prohibitio 6.43

ſcurilium verborum prohibitio 6
Tacere vſq; ad interrogatioñe gradus 9
Tacere quandoq; debemus 6
Tarde venientibus ad horas pœna 43
Tēporalia Abbas nō nimis anxiè q̄rat 2
Ter recipiatur apoſtata 29
Timeant fratres Deum 72
turbari nemo debet in domo Dei. 31
Vaſa monaſterij mundè tractentur 31
Vtilitatē ſuā nullus faciat ſed alterius 72
Veſtimēta itinerantium ſint meliora 55
Veſtiti dormiant monachi 22.55
Veſtimentorum qualitatem & quantitatem Abbas conſideret 55
Viatorum directio 40.51.61
Viatores monachi quomodo ſe regāt in exitu & reuerſione 67
Victus ordinatio 39.40
Vinū monachorū antiquitus nō fuit 40
Voluntatē ꝓprij cordis nullus ſequat̄ 3
Vox nullius in mēſa niſi legētis audiat̄ 38
Xp̄i amori nihil præponatur. 4.72
Zelus quid ſit 4.72
Zelus bonus, malus, vel amarus 78
Zelus fratrum bonus 72

LIBER SECVNDVS
DIALOGORVM BEATI
GREGORII PAPAE,

De vita, & miraculis beati patris noſtri Benedicti.

FVit vir vitæ venerabilis gratia Benedictus & nomine ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore, cor gerens ſenile. Ætatem quippe moribus trãſiens; nulli animum voluptati dedit. Sed dũ in hac terra adhuc eſſet quo tẽporaliter libere vti potuiſſet: deſpexit iã quaſi aridum mundum cum flore. Qui liberiori genere ex prouincia Nurſiæ exortus: Romę liberalib. literarũ ſtudijs traditus à parẽtibus fuerat. Sed cũ in eis multos ire per abrupta vitiorũ cerneret: eũ quẽ quaſi ingreſſu mũdi poſuerat, retraxit pedẽ: ne ſi quid de ſcientia eius attingeret: ipſe quoque poſtmodũ in immane præcipitium totus iret. Deſpectis

itaque literarũ ſtudijs: relicta domo rebuſq; patris, ſoli Deo placere deſiderás, ſanctę cõuerſationis habitum quęſiuit. Receſſit igitur ſcienter neſcius & ſapiẽter indoctus. Huius ego omnia geſta nõ didici: ſed pauca quæ narro, quatuor diſcipulis illius referentibus agnoui. Conſtantino ſcilicet reuerẽdiſſimo valde viro, q ei ĩ monaſterij regimine ſucceſſit. Valẽtiniano quoq; q annis multis Lateranẽſi monaſterio prefuit. Simplicio, q cõgregationẽ illius poſt eũ tertius rexit. Honorato ẽt qui nunc adhuc cellę eius in qua prius conuerſatus fuerat, pręeſt. Hic itaque cũ iam relictis litterarũ ſtudijs petere deſerta decreuiſſet. nutrix, q̃ hunc arctius amabat, ſola ſecuta eſt.

Quemadmodum cõtemptis literarum ſtudijs mundo renunciauit: ac de capiſterij in duas partes confracti integra reſtauratione. Capit. I.

CVmq; ad locum veniſſent qui Effide dicit, multiſq; honeſtioribus viris

tis charitate ſe illic detinentibus, in beati Petri eccleſia demoraretur; prædicta nutrix illius ad purgandum triticũ a vicinis mulieribus pręſtari ſibi capiſteriũ petijt. Quod ſuper mẽſam incaute derelictum; caſu accidẽte fractũ eſt. ſic vt in duas partes inueniret diuiſum. Quod mox vt rediens nutrix illius inuenit, vehemẽtiſſime flere cępit, quia vas ꝙ præſtitũ acceperat, fractum videbat. Benedictus autem religioſus & pius puer cũ nutricem ſuam flere cõſpiceret, eius dolori compaſſus, ablatis ſecũ vtriſque fracti capiſterij partibus, ſeſe cum lachrymis in orõnẽ dedit. Qui ab oratione ſurgẽs ita iuxta ſe vas ſanum reperit, vt in eo fracturæ veſtigia nulla videri potuiſſent. Mox autem nutricẽ blandę conſolatus, ei ſanũ capiſteriũ reddidit, quod fractum tulerat. Quę res in eodem loco a cunctis eſt agnita, atque in tãta admiratione habita, vt hoc ipſum capiſteriũ eius loci incolę ĩ eccleſię ingreſſu ſuſpẽderẽt, quatenus & pſentes & futuri om

nes agnoſcerent, benedictus puer côuerſationis gratiã a quanta pfectione cępiſſet. Quod annis multis illic ante oculos oĩum fuit. & vſq; ad hæc longobardorũ tpa ſuper fores eccleſię perpẽdit. Sed Be dictus plus appetens mala mundi perpeti q̃ laudes, pro Deo laborib. fatigari, q̃ vitę huius fauorib. extolli, nutricem ſuã occulte fugiens, deſerti loci ſeceſſum petijt, cui Sublacus vocabulũ eſt, qui a Romana vrbe quadraginta fere paſſuũ milibus diſtans, frigidas atq; pſpicuas emanat aquas. Quæ illic videlicet aquarum abundantia in extenſo prius lacu colligitur, ad poſtremum vero in amnem deriuat. Quo quũ fugiens pergeret: monachus quidã Romanus noĩe, huc eũtẽ reperit: & quo tenderet requiſiuit. Cuius cũ deſideriũ cognouiſſet, & ſecretum tenuit: & adiutoriũ impendit, eiq; ſanctæ conuerſationis habitũ tradidit, & inquãtũ licuit miniſtrauit. Vir aũt Dei ad eundẽ locũ pueniẽs: ĩ arctiſſimo ſpecu ſe tradidit; tribuſq; annis excepto Romano

monacho hoībus incognitus mãſit. Qui videlicet Romanus non longe in monaſterio ſub adeodati patris ſui regula dege bat. Sed pie eiuſdē patris ſui oculis fura bat horas & quem ſibi ad manducandū ſurripere poterat, dieb. certis Benedicto panem ferebat. Ad eūdem uero ſpecum a Romani cella iter non erat; qa excelſa deſup rupes eminebat; ſed ex eadem rupe lōgiſſimo fune religatū Romanus deponere panem conſueuerat. In qua et reſti paruū tintinnabulū inſeruit: vt ad ſonum tintinnabuli, uir Dei cognoſceret qn̄ Romanus ſibi panem p̄beret, quem exiēs acciperet. Sed antiquus hoſtis vni⁹ charitati inuidens, alterius refectioni, cū quadā die ſubmitti panē conſpiceret, iactauit lapidē, & tintinnabulū fregit. Romanus tn̄ horis cōgruentib. miniſtrare nō deſijt. Cum uero iā oīpotens Deus & Romanū vellet a labore quieſcere, & Benedicti vitam in exemplum hoīnibus demonſtrare: ut poſita ſuper cādelabrum lucerna clareſceret, quatenus oībus qui

in domo Dei ſunt luceret, cuidã presbytero lógius manenti, qui refectionem ſibi in paſcali feſtiuitate parauerat, per viſum Dominus apparere dignatus eſt dicens. Tu tibi delicias præparas, & ſeruus meus illo in loco fame cruciatur. Qui ꝓtinus ſurrexit, atque in ipſa ſolennitate paſcali cum alimentis q̃ ſibi parauerat, ad locum tetendit, & uirum Dei ꝑ abrupta montium, ꝑ cõcaua vallium. per defoſſa terrarum quęſiuit, eumq; latere in ſpecu reperit. Cumq; oratione facta benedicentes Dominum, cõſediſſent: poſt dulcia vitæ colloquia, is q aduenerat p̃ſbyter dixit. Surge ſumamus cibum qa hodie paſca eſt. Cui vir Domini reſpondit dicens. Scio ꝙ paſca eſt quia videre te merui. Lõge quippe ab hominibus poſitus, ꝙ die eodem paſcalis eſſet ſolennitas ignorabat. Venerabilis autem presbyter rurſus aſſeruit dicẽs. Veraciter hodie reſurrectionis dominicæ paſcalis dies eſt, abſtinere tibi minime cõgruit, qa & ego ad hoc miſus ſum, ut dona omnipotẽtis

Dei pariter ſumamus. Benedicentes igit Deum, ſumpſerũt cibum. Expleta itaq; refectione & colloquio, ad Eccleſiã præſ byter receſſit. Eodem quoq; tẽpore, hũc in ſpecu latitantem ẽt paſtores inuenerunt. Quem cum veſtitum pellibus inter frutera cernerẽt, aliquam beſtiam eſſe crediderunt. Sed cognoſcẽtes Dei ſeruum eſſe eorum multi ad pietatis gratiã a beſtiali mente mutati ſunt. Noiẽ itaque eius per uicina loca cũctis innotuit, Factumque eſt ut ex illo iam tempore a multis frequentari cœpiſſet. Qui cum ei cibos deferrent corporis, ab eius ore in ſuo pectore alimenta referebant vitæ.

Quemadmodum Auis Merula ei circa faciem infeſta fuit volitans, ex quo valida carnis poſtmodum tentatio inſecuta eſt.

Capitulum. II.

QVadam verò die cum ſolus eſſet: tẽtator affuit. Nã nigra paruaq; auis que vulgo merula vocatur, circa eius faciem uolitare cępit: eiuſq; vultui impor tunè inſiſtere; ita ut capi manu poſſet, ſi

hanc uir ſanctus tenere voluiſſet. Sed ſigno crucis edito: receſſit auis. Tanta aūt tentatio carnis aue eadem recedēte ſecuta eſt, quātā uir ſanctus nunq̃ fuerat expertus. Quādā namq; fęminam aliqñ uiderat, q̃ malignus ſpūs ante mentis eius oculos reduxit, tantoque igne ſerui Dei aīu m in ſpeciem illius accendit, ut ſe in eius pectore amoris flāma vix caperet, & iam pene deſerere eremum voluptate uictus deliberaret, cū ſubito ſupna gratia superueniente, ad ſemetipſum reuerſus eſt, atq; urticarū & uepriūm iuxta denſa ſuccreſcere fruteta cōſpiciens, exutus indumento, nudū ſe in illos ſpinarū aculeos, & urticarū incēdia ꝓiecit, ibiq; diu uolutatus, toto ex eis corpore vulnerat⁹ exijt, & ꝑ cutis vulnera eduxit a corpore vulnus mentis, q̄a voluptatem traxit in dolorem. Cūq; pęnaliter bene arderet foris, extinxit quod illicite ardebat intus. Vicit itaque peccatū, q̄a mutauit incendiū. Ex quo uidelicet tpe, ſicut poſt diſcipulis ſuis ipſe ꝑhibebat, ita in illo eſt tentatio

tatio uoluptatis edomita: ut tale aliquid in ſe minime ſentiret. Cæperũt poſt modum multi iam mundum relinquere, atque ad eius magiſterium feſtinare, liber quippe à tẽtationis uitio iam iure factus eſt uirtutum magiſter. Vnde & per Moyſen præcipitur, ut Leuitæ a uigintiquinque annis & ſupra, miniſtrare debeant ab anno uero quinquageſimo cuſtodes vaſorum fiant.

Petrus.

IAm quidem prolati teſtimonij mihi aliquantum intellectus interlucet; ſed tamen hoc plenius poſtulo exponi.

Gregorius.

LIquet Petre ꝙ in iuuentute carnis tentatio ferueat, ab anno aũt quinquageſimo calor corporis frigeſcat. Vaſa aũt ſacra, ſunt fidelium mentes. Electi ergo cum adhuc in tentatione ſunt ſub eſſe eos ac ſeruire neceſſe ẽ, & obſequijs laboribusq; fatigari. Cum uero iam mẽ-

tis ætate tranquilla, calor receſſerit tentationis, cuſtodes uaſorum ſunt, quia doctores animarum fiunt.

Petrus.

FAteor, placet quod dicis. Sed quia ꝑlati teſtimonij cauſa reſeraſti, quæſo ut de uita beati uiri debeas ea quæ ſunt inchoata percurrere.

Quomodo monachorum illic vicinorum pulſatus precibus in eorum abbatem eſt aſſumptus. Capitulum III.

Gregorius.

REcedente igitur tentatione, vir Dei quaſi ſpinis exutis exculta terra de virtutum ſegete feracius fructum dedit. Præconio itaq; eximiæ conuerſationis celebre nomen eius habebatur. Non lõge autem monaſterium fuit, cuius cõgregationis pater defunctus eſt, omniſq; ex illo cõgregatio ad eundẽ venerabilem Benedictum venit, magnis precibus vt eis pręeſſe deberet petijt. Qui diu negãdo diſtulit, & ſuos illorumq; fratrum mores conuenire non poſſe prædixit, ſed victus

tan-

tandem precibus aſſenſum dedit. Cūq; in eodem monaſterio regularis vitæ cuſtodiam teneret, nullique (ut prius) per actus illicitos in dexteram leuamq; partem deflectere a conuerſationis itinere liceret, ſuſcepti fratres inſanè ſeuientes, ſemetipſos prius accuſare cęperūt ꝙ hūc ſibi pręeſſe popoſcerant. Quorum ſcilicet tortitudo in normā eius rectitudinis offendebat. Cumq; ſibi ſub eo conſpicerent illicita non licere, & ſe dolerent aſſueta relinquere, duramq; eſſet ꝙ in mēte ueteri cogebātur noua meditari, ſicut prauis morib. ſemper grauis eſt uita bonorū, tractare de eius morte aliq͂d conati ſunt. Qui inito conſilio, venenū uino miſcuerūt. Et cum uas uitreum, in quo ille peſtifer potus habebatur, recumbēti patri ex more monaſterij ad benedicendum fuiſſet oblatum, Benedictus extēſa manu ſignum crucis edidit, & uas quod longius tenebatur, eodem ſigno rupit, ſicque cōfractum eſt, ac ſi in illo vaſe mortis, ꝓ cruce lapidem dediſſet. Intellexit

protinus vir Dei, quia potum mortis habuerat, quod portare non potuit ſignum vitæ. Atq; illico ſurrexit, & uultu placido mente tranquilla cõuocatos fratres allocutus eſt dicẽs. Miſereatur veſtri fratres oĩpotens Deus, quare in me facere iſta voluiſtis? Nunquid non prius dixi, quia veſtris ac meis moribus nõ conueniret? Ite & iuxta mores ueſtros vobis patrem quærite quia me poſthac minime habere poteſtis. Tunc ad locum dilectæ ſolitudinis redijt, & ſolus in superni inſpectoris oculis habitauit ſecum.

Petrus.

MInus patienter intelligo quidnam ſit habitauit ſecum?

Gregorius.

SI ſanctus vir contra vnanimiter cõſpirantes ſuæq; conuerſationi longè diſſimiles, coactos diu ſuſtinere voluiſſet, fortaſſe ſui rigoris vſum, & modum trãquillitatis excederet, atque a contemplationis lumine mentis ſuæ oculum declinaſſet, dumq; quotidie illorum in correctione

rectione fatigatus, minus curaret ſua, & ſe forſitan relinqueret, & illos non inueniret. Nã quoties per cogitationis motũ nimiè extra nos ducimur, & nos ſumus & nobiſcũ nõ ſumus, quia noſmetipſos minime vidẽtes, per alia vagamur. An illum ſecũ fuiſſe dicimus, qui in longinq̃ regionẽ abijt, portionẽ quã acceperat cõſumpſit: vni in ea ciuium adhęſit, porcos pauit, quos & mãducare ſiliquas videret & eſuriret? Qui tñ cũ poſtmodum cœpit cogitare bona q̃ perdidit, ſcriptũ de illo eſt, in ſe uerſus dixit, quanti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus? Si igitˀ ſecũ fuit: vnde ad ſe redijt? Hunc ergo venerabilẽ virũ ſecum habitaſſe dixerim: quia ſua ſemꝑ cuſtodia circunſeptus: ante oculos conditoris ſe ſemper aſpiciens, ſe ſemper examinans, extra mentis ſuæ oculum non diuulgauit.

Petrus.

QVid ergo eſt quod đ Petro apoſtolo ſcriptũ eſt, cum de carcere ab angelo eductus fuiſſet, quia ad ſe reuerſus

dixit.

dixit. Nūc ſcio vere quia miſit dominus angelū ſuū:& eripuit me de manu Herodis & de omni expectatione plebis Iudeorum?

Gregorius.

DVobus modis Petre extra nos ducimur: quia aut per cogitationis lapſum ſub noſmetipſos recedimus: aut p contemplationis gratiam ſuper noſmetipſos leuamur. Ille itaque qui porcos pauit, vagatione mentis & immūditię, ſub ſemetipſum cecidit, iſte vero quē angelus ſoluit: eiuſq; mētem in extaſi rapuit extra ſe quidē: ſed ſu p ſemetipſum fuit: Vterque ergo ad ſe redijt quādo & ille ab errore operis ſe colligit ad cor: & iſte a cōtemplationis culmine ad hoc redijt: q; i intellectu cōmuni vt prius fuit: Venerabilis igitur Benedictus in illa ſolitudine habitauit ſecum: inquantum ſe intra cogitationis clauſtra cuſtodiuit. Nā quotieſcunque hunc cōtemplationis ardor in altum rapuit ſe proculdubio ſub ſe reliquit.

Petrus.

Petrus.

PLacet quod dicis: ſed quæſo reſpondeas ſi deſerere fratres debuit: quos ſemel ſuſcepit?

Gregorius.

VT ego Petre exiſtimo: ibi adunati ęquanimiter portādi sūt mali; vbi inueniuntᷣ aliq̄ q̄ adiuuentᷣ boni. Nam vbi omnimó fructus de bonis deeſt, fit aliq̄ñ de malis labor ſupuacuus: maxime ſi e vicino cauſæ ſuppetant: quæ fructū Deo valeāt ferre meliorē. Vir itaq; ſanctus pp quem cuſtodiendū ſtaret: q̄ oēs vnanimiter perſequentes cerneret? Et ſepe agitᷣ in animo perfectorum: ꝙ ſilentio pretereūdū eſt: quia cum laborē ſuū ſine fructu eſſe conſiderant: in locū aliū ad laborē cū fructu migrant. Vnde ille quoq; egregius p̄dicator: qui diſſolui cupit & cū Chriſto eſſe, cui viuere Chriſtus eſt & mori lucrū: q̄ certamina paſſionū nō ſolū ipſe appetit; ſed ad tolerāda hæc alios ēt accēdit; Damaſci pſecutionē paſſus: vt potuiſſet euadere murū,

funem,

ſunem, ſportamque quæſiuit: ſeque latē ter deponi voluit. Nunquid nam Paulū mortē dicimus timuiſſe: quā ſe ipſe pro Ieſu amore teſtatur appetere? Sed cū in eodem loco minorem ſibi fructū adeſſe conſpiceret, & grauem laborem, ad laborem ſe alibi cum fructu ſeruauit. Fortis etenim præliator Dei, teneri intra clauſtra noluit certaminis: campū quęſiuit. Vnde idem quoque venerabilis Benedictus (ſi libenter audis) citius agnoſcis: qa quòd viuos ipſe indociles deſeruit: tot in locis alijs ab animæ morte ſuſcitauit.

Petrus.

ITa eſſe vt doces & manifeſta ratio, & prolatum cōgruumque teſtimonium declarat. Sed quæſo: vt de vita tanti patris ad narrationis ordinem redeas.

Quemadmodum conſtruxit ſanctus Benedictus duodecim cænobia: et de ſuſceptione Mauri, & Placidi puerorum illuſtrium. Capitulum. IIII.

Gregorius.

CVm ſanctus uir diu in eadē ſolitudine

dine virtutibus ſigniſque ſuccreſceret. multi ab eo in eodem loco:ad omnipotentis Dei ſunt ſeruitium congregati, ita ut illic duodecim monaſteria cũ omnipotentis Ieſu Chriſti Domini opitulatione cõſtrueret:in quibus ſtatutis patribus duodenus monachos deputauit,paucos uero ſecum retinuit:quod adhuc in ſua præſentia aptius erudiri iudicauit. Cœperunt etiam tunc ad eum Romanę urbis nobiles & religioſi cõcurrere:ſuoſq; ei filios omnipotẽti Domino nutriẽdos dare. Tũc quoque bone ſpei ſuas ſoboles Euthitius,Maurũ, Tertullus uero patricius Placidũ tradidit. Ex quibus Maurus iunior,cum bonis polleret moribus, magiſtri adiutor cępit exiſtere: Placidus uero pueriles adhuc idolis ãnos gerebat.

De monacho cum nullo pacto poſſet orare, virga à ſancto Benedicto percuſſo.

Capitulum V.

IN uno autẽ ex eis monaſterijs quę circumquaque conſtruxerat: quidam monachus erat qui ad orationem ſtare non

poterat. Sed mox ut fratres ſe ad orationis ſtudium inclinarent, ipſe egrediebatur foras, & mēte uaga terrena aliqua & tranſitoria agebat: cūque ab Abbate ſuo ſæpius fuiſſet admonitus: ad uirum Dei deductus eſt. Qui ipſe quoq; eius ſtultitiam uehemēter increpauit: & ad monaſteriū reuerſus, uix duobus diebus uiri Dei admonitionem tenuit. Nam die tertio ad uſum propriū reuerſus uagari tēpore orationis cępit. Quod cū ſeruo Dei ab eodem monaſterij patre quem conſtituerat, nūciatum fuiſſet, dixit: ego uenio eumque per memetipſum emendo. Cū que uir Dei ueniſſet ī eodē monaſterio: & conſtituta hora, expleta pſalmodia ſeſe fratres in orationem dediſſent: aſpexit quia eūdem monachum qui manere in oratione non poterat, quidam niger puerulus per ueſtimenti fimbriam foras trahebat. Tunc eidē patri monaſterij Pompeiano nomine: & Mauro Dei famulo ſecreto dixit. Nūquid nō aſpicitis quis eſt qui iuſtū monachū foras trahit? Qui re-

ſpon-

ſpondentes dixerũt, nõ. Quibus ait. Oremus ut & uos etiam uideatis quem iſte monachus ſequitur. Cumque per biduũ eſſet oratum, Maurus monachus uidit, Põpeianus autẽ eiuſdẽ monaſterij pater uidere nõ potuit. Die igitur alia, expleta oratione uir Dei oratorium egreſſus: ſtãtem monachum foris reperit: quem pro cecitate cordis ſui uirga pcuſſit. Qui ex illo die nihil pſuaſionis ulterius à nigro puerulo pertulit: ſed ad orationis ſtudiũ immobilis permanſit. Sicque antiquus hoſtis dominari non auſus eſt in eius cogitatione: ac ſi ipſe percuſſus fuiſſet ex uerbere.

Quomodo ex montis rupe aquam eduxit ad monachorum preces. Cap. VI.

EX his autem monaſterijs quæ in eodẽ conſtruxerat loco, tria ſurſum in rupibus montis erant: & ualde erat fratribus laborioſum ſemper ad lacum deſcẽdere, ut aquam haurire debuiſsẽt: maxime quia ex deuexo mõtis latere erat grãde deſcendentibus in itinere periculum.

Tunc collecti fratres ex eiſdem tribus monaſterijs: ad Dei famulum Benedictũ uenerũt dicentes. Laborioſum nobis eſt propter aquam quotidie ad lacum deſcẽdere: & idcirco neceſſe eſt ex eodem loco monaſteria mutari. Quos blande conſolatos dimiſit: & nocte eadem cũ paruo nomine Placido cuius ſuperius memoriam feci: eiuſdem mõtis aſcendit rupẽ. ibiq; diutius orauit: & oratione cõpleta tres petras ĩ loco eodẽ pro ſigno poſuit: atq; ad ſuũ cunctis illic neſcientib. monaſteriũ redijt. Cumq; die alio ad eũ pro neceſſitate aquæ prædicti fratres veniſſent dixit. Ite, & rupẽ illã in qua tres ſuper inuicẽ poſitas petras inueniretis, in modico cauate. Valet.n.oĩpotens Deus ẽt in illo montis cacumine aquã producere: vt vobis laborẽ tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes, rupẽ mõtis q̃ Benedictus prædixerat, iã ſudantẽ inuenerũt. Cumq; in ea concauũ locũ feciſſent: ſtatim, aqua repletus eſt. Quæ tam ſufficiẽter emanauit: vt nunc vſque vbertim

defluat: atque ab illo montis cacumine vſque ad inferiora deriuetur.

Quemodmodum ferramentum coloni in aquam excuſſum, ad proprium reuocauit manubrium. *Capitulum* VII.

ALio quoque tempore gothus quidã pauper ſpiritu ad conuerſionem venit, quem vir Domini Benedictus libentiſſime ſuſcepit. Quadã vero die ei ferramentum dari iuſſit; quod ad falcis ſimilitudinẽ falcaſtrũ vocat, ut de loco quodam vepres abſcinderet: quatenus illic fieri hortus deberet. Locus autẽ ipſe quẽ mundandum gothus ſuſceperat, ſuper ipsã laci ripã iacebat. Cũque gothus idẽ denſitatem veprium toto virtutis annisu ſucciderer, ferrum de manubrio proſiliens in lacum cecidit: vbi ſ. tanta erat aquarum profunditas, ut ſpes requirendi ferramẽti nulla iã eſſet. Itaque ferro perdito, tremebundus ad Maurũ monachũ gothus cucurrit, damnum quod fecerat, nũciauit; & reatos ſui egit peniten-

que ipſum me ex aquis educere conſide rabam.

Petrus.

MAgna ſunt valde q̃ narras & multorũ ędificationi ꝓfutura. Ego autem beati viri miracula quo plus bibo plus ſitio.

De Florentij presbyteri ſubito caſu & morte. Capit. IX. Gregorius.

CVm iã loca eadem in amore Domini Ieſu Chriſti longe lateq; ferueſcerẽt, ac ſæcularẽ viã multi relinquerẽt: & ſub leui redẽptoris iugo ceruicem cordis edomarent; ſicut mos prauorũ eſt inuidere alterius virtutis bono, q̃ ipſi habere non appetunt: vicinæ eccleſiæ præsbyter Florentius noĩe huius noſtri ſubdiaconi Florentij auus antiqui hoſtis malitia ꝑcuſſus, ſãcti viri ſtudijs cœpit ęmulari, eius quoq; conuerſationi derogare: quouſq; etiã poſſet ab illius cõuerſatione cõpeſcere, Cũq; ſe iã conſpiceret eius profectibus obuiare nõ poſſe: & cõuerſationis illius opinionẽ creſcere, atq; multos ſtatũ vitæ melioris, ipſo quoq; opi-

nionis eius præconio indeſinenter voca ri: inuidiæ facibus magis magisq; ſuccẽſus deterior fiebat: qa cõuerſationis ilius habere appetebat laudem: ſed habere laudabilem uitã nolebat. Qui eiuſdem inuidiæ tenebris cecatus; ad hoc vſq; perductus eſt, vt ſeruo omnipotentis Domini infectum veneno panem quaſi pro benedictione tranſmitteret: quam vir Dei cũ gratiarũ actione ſuſcepit, ſed cũ q̃ peſtis lateret in pane non latuit. Ad horã vero refectionis illius ex vicina ſilua coruus venire cõſueuerat. & panẽ de manu eius accipere. Qui cũ more ſolito veniſſet, panem quem presbyter tranſmiſerat vir Dei ante coruũ proiecit: eiq; p̃cepit dicens. In nomine Dñi Ieſu Chriſti tolle hũc panẽ & tali eum in loco proijce, Vbi a nullo homine poſſit inueniri. Tũc coruus aperto ore expãſis alis circa eundẽ panem cępit diſcurrere: atq; crocitare ac ſi aperte diceret; obedire ſe velle, & tamen iuſſa implere non poſſe. Cui uir Domini iterum atque iterũ præcipiebat dicens:

funem, ſportamque quæſiuit: ſeque latẽter deponi voluit. Nunquidnam Paulũ mortẽ dicimus timuiſſe: quã ſe ipſe pro Ieſu amore teſtatur appetere? Sed cũ in eodem loco minorem ſibi fructũ adeſſe conſpiceret, & grauem laborem, ad laborem ſe alibi cum fructu ſeruauit. Fortis etenim præliator Dei, teneri intra clauſtra noluit certaminis: campũ quęſiuit. Vnde idem quoque venerabilis Benedictus (ſi libenter audis) citius agnoſcis: qa quòd viuos ipſe indociles deſeruit: tot in locis alijs ab animæ morte ſuſcitauit.

Petrus.

ITa eſſe vt doces & manifeſta ratio, & prolatum cõgruumque teſtimonium declarat. Sed quæſo: vt de vita tanti patris ad narrationis ordinem redeas.

Quemadmodum conſtruxit ſanctus Benedictus duodecim cænobia: et de ſuſceptione Mauri, & Placidi puerorum illuſtrium. Capitulum. IIII.

Gregorius.

CVm ſanctus uir diu in eadẽ ſolitudine

dine virtutibus ſignisque ſuccreſceret. multi ab eo in eodem loco: ad omnipotentis Dei ſunt ſeruitium congregati, ita ut illic duodecim monaſteria cũ omnipotentis Ieſu Chriſti Domini opitulatione cõſtrueret: in quibus ſtatutis patribus duodenus monachos deputauit, paucos uero ſecum retinuit: quod adhuc in ſua præſentia aptius erudiri iudicauit. Cœperunt etiam tunc ad eum Romanę urbis nobiles & religioſi cõcurrere: ſuoſq; ei filios omnipotẽti Domino nutriẽdos dare. Tũc quoque bone ſpei ſuas ſoboles Euthitius, Maurũ, Tertullus uero patricius Placidũ tradidit. Ex quibus Maurus iunior, cum bonis polleret moribus, magiſtri adiutor cępit exiſtere: Placidus uero pueriles adhuc idolis ãnos gerebat.

De monacho cum nullo pacto poſſet orare, virga à ſancto Benedicto percuſſo.

Capitulum V.

IN uno autẽ ex eis monaſterijs quę circumquaque conſtruxerat: quidam monachus erat qui ad orationem ſtare non

poterat. Sed mox ut fratres ſe ad orationis ſtudium inclinarent, ipſe egrediebatur foras, & mēte uaga terrena aliqua & tranſitoria agebat: cūque ab Abbate ſuo ſæpius fuiſſet admonitus: ad uirum Dei deductus eſt. Qui ipſe quoq; eius ſtultitiam uehemēter increpauit: & ad monaſteriū reuerſus, uix duobus diebus uiri Dei admonitionem tenuit. Nam die tertio ad uſum propriū reuerſus uagari tēpore orationis cępit. Quod cū ſeruo Dei ab eodem monaſterij patre quem conſtituerat, nūciatum fuiſſet, dixit: ego uenio eumque per memetipſum emendo. Cū que uir Dei ueniſſet ī eodē monaſterio: & conſtituta hora, expleta pſalmodia ſeſe fratres in orationem dediſſent: aſpexit quia eūdem monachum qui manere in oratione non poterat, quidam niger puerulus per ueſtimenti fimbriam foras trahebat. Tunc eidē patri monaſterij Pompeiano nomine: & Mauro Dei famulo ſecreto dixit. Nūquid nō aſpicitis quis eſt qui iuſtū monachū foras trahit? Qui re

ſpon-

ſpondentes dixerũt, nõ. Quibus ait. Oremus ut & uos etiam uideatis quem iſte monachus ſequitur. Cumque per biduũ eſſet oratum, Maurus monachus uidit, Põpeianus autẽ eiuſdẽ monaſterij pater uidere nõ potuit. Die igitur alia, expleta oratione uir Dei oratorium egreſſus: ſtãtem monachum foris reperit: quem pro cecitate cordis ſui uirga pcuſſit. Qui ex illo die nihil pſuaſionis ulterius à nigro puerulo pertulit: ſed ad orationis ſtudiũ immobilis permanſit. Sicque antiquus hoſtis dominari non auſus eſt in eius cogitatione: ac ſi ipſe percuſſus fuiſſet ex uerbere.

Quomodo ex montis rupe aquam eduxit ad monachorum preces. Cap. VI.

EX his autem monaſterijs quæ in eodẽ conſtruxerat loco, tria ſurſum in rupibus montis erant: & ualde erat fratribus laborioſum ſemper ad lacum deſcẽdere, ut aquam haurire debuiſsẽt: maxime quia ex deuexo mõtis latere erat grãde deſcendentibus in itinere periculum.

Tunc collecti fratres ex eiſdem tribus monaſterijs: ad Dei famulum Benedictū uenerūt dicentes. Laborioſum nobis eſt propter aquam quotidie ad lacum deſcē dere: & idcirco neceſſe eſt ex eodem loco monaſteria mutari. Quos blande conſolatos dimiſit: & nocte eadem cū paruo nomine Placido cuius ſuperius memoriam feci: eiuſdem mōtis aſcendit rupē. ibiq; diutius orauit: & oratione cōpleta tres petras ī loco eodē pro ſigno poſuit: atq; ad ſuū cunctis illic neſcientib. monaſteriū redijt. Cumq; die alio ad eū pro neceſſitate aquæ prædicti fratres veniſſent dixit. Ite, & rupē illā in qua tres ſuper inuicē poſitas petras inueniretis, in modico cauate. Valet. n. oīpotens Deus et in illo montis cacumine aquā producere: vt vobis laborē tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes, rupē mōtis q̄ Benedictus prædixerat, iā ſudantē inuenerūt. Cumq; in ea concauū locū feciſſent: ſtatim, aqua repletus eſt. Quæ tam ſufficiēter emanauit: vt nunc vſque vbertim

defluat:

defluat: atque ab illo montis cacumine vſque ad inferiora deriuetur.

Quemodmodum ferramentum coloni in aquam excuſſum, ad proprium reuocauit manubrium. Capitulum VII.

ALio quoque tempore gothus quidã pauper ſpiritu ad conuerſionem venit, quem vir Domini Benedictus libentiſſime ſuſcepit. Quadã vero die ei ferramentum dari iuſſit; quod ad falcis ſimilitudinẽ falcaſtrũ vocat, ut de loco quodam vepres abſcinderet: quatenus illic fieri hortus deberet. Locus autẽ ipſe quẽ mundandum gothus ſuſceperat, ſuper ipsã laci ripã iacebat. Cũque gothus idẽ denſitatem veprium toto virtutis annisu ſucciderer, ferrum de manubrio proſiliens in lacum cecidit: vbi ſ. tanta erat aquarum profunditas, ut ſpes requirendi ferramẽti nulla iã eſſet. Itaque ferro perdito, tremebundus ad Maurũ monachũ gothus cucurrit, damnum quod fecerat, nũciauit; & reatos ſui egit peniten-

tiam. Quod Maurus quoque monachus mox Benedicto Dei famulo curauit indicare. Vir igitur Domini Benedictus hæc audiens acceſſit ad locum, tulit de manu gothi manubrium, & miſit in lacum: & mox ferrum de profundo rediijt: atq; in manubrium intrauit. Qui ſtatim ferramentum gotho reddit dicens: ecce labora, & noli contriſtari.

Quonam pacto Maurus iuſſu Sancti Benedicti ſuper vndas perrexit atq; Placidum eduxit ex aquis. Cap. VIII.

QVadam vero die cũ idẽ venerabilis Benedictus in cella conſiſteret prædictus Placidus puer sãcti viri monachus: ad hauriẽdũ aquam de lacu, egreſſus eſt. Qui vas quod tenebat, in aquam incaute ſubmittens, ipſe quoq; cadendo ſecutus eſt. Quẽ mox vnda rapuit, & pene in vnius ſagittæ curſum a terra introrſus traxit. Vir autem Dei intra cellã poſitus hoc protinus agnouit: & Maurũ feſtine vocauit dicẽs. Frater Maure curre: quia puer ille qui ad hauriendam aquã

perre-

perrexerat, in lacum cecidit, iamque eũ longius unda traxit. Res mira & poſt Petrum Apoſtolũ inuſitata. Benedictione etenim poſtulata atque percepta: ad patris ſui imperiũ concitus perrexit Maurus: atque vſque ad eum locum quo ab vnda ducebatur puer: per terrã ſe ire exiſtimãs, ſuper aquas cucurrit. eumq; per capillos tenuit; rapidoque curſu rediit. Qui mox vt terrã tetigit, ad ſe reuerſus poſt terga reſpexit: & qa ſuper aquas cucurriſſet expauit. Et quod pręſumere nõ potuiſſet vt fieret: miratus extremuit factum. Reuerſus ad patrem rem geſtã retulit. Vir autem venerabilis Benedictus hoc nõ ſuis meritis ſed obedientiæ illius deputare cœpit. At cõtra Maurus pro ſolo eius imperio factum dicebat. Seque conſcium illius virtutis non eſſe, quã neſciens feciſſet. Sed in hac humilitatis mutuæ amica contentione acceſſit arbiter puer qui ereptus eſt. Nam dicebat. Ego cum ex aqua traherer, ſuper caput meum abbatis melotem videbam: at-

que ipſum me ex aquis educere conſide
rabam.

Petrus.

MAgna ſunt valde q̃ narras & multo
rũ ędificationi ꝓfutura. Ego ãt bea
ti viri miracula quo plus biboplus ſitio.

De Florentij presbyteri ſubito caſu & morte. Capit. IX. Gregorius.

CVm iã loca eadem in amore Domi
ni Ieſu Chriſti longe lateq; ferue-
ſcerẽt, ac ſæcularẽ viã multi relinquerẽt:
& ſub leui redẽptoris iugo ceruicem cor
dis edomarent: ſicut mos prauorũ eſt in
uidere alterius virtutis bono., q̃ ipſi ha-
bere non appetunt: vicinæ eccleſiæ præ-
sbyter Florentius noĩe huius noſtri ſub
diaconi Florentij auus antiqui hoſtis ma
litia pcuſſus, ſãcti viri ſtudijs cœpit ęmu
lari, eius quoq; conuerſationi derogare:
quouſq; etiã poſſet ab illius cõuerſatio-
ne cõpeſcere, Cũq; ſe iã conſpiceret eius
profectibus obuiare nõ poſſe: & cõuerſa
tionis illius opinionẽ creſcere, atq; mul-
tos ſtatũ vitæ melioris, ipſo quoq; opi-

nionis eius præconio indeſinenter voca-
ri: inuidiæ facibus magis magisq; ſuccẽ-
ſus deterior fiebat: qa cõuerſationis ilius
habere appetebat laudem: ſed habere lau
dabilem uitã nolebat. Qui eiuſdem inui
diæ tenebris cecatus; ad hoc vſq; perdu-
ctus eſt, vt ſeruo omnipotentis Domini
infectum veneno panem quaſi pro be-
nedictione tranſmitteret: quam vir Dei
cũ gratiarũ actione ſuſcepit, ſed cũ q̃ pe-
ſtis lateret in pane non latuit. Ad horã
vero refectionis illius ex vicina ſilua cor
uus venire cõſueuerat. & panẽ de manu
eius accipere. Qui cũ more ſolito veniſ-
ſet, panem quem presbyter tranſmiſerat
vir Dei ante coruũ proiecit: eiq; p̃cepit
dicens. In nomine Dñi Ieſu Chriſti to!-
le hũc panẽ & tali eum in loco preijce,
Vbi a nullo homine poſſit inueniri. Tũc
coruus aperto ore expãſis alis circa eun-
dẽ panem cępit diſcurrere: atq; crocitare
ac ſi aperte diceret; obedire ſe velle, & ta
men iuſſa implere non poſſe. Cui uir Do
mini iterum atque iterũ præcipiebat di-
cens:

cens. Leua ſecurus,atq; illuc proijce, vbi inueniri non poſſit. Quē diu demoratus quandoq; coruus momordit,leuauit,& receſſit. Poſt triū vero horarum ſpaciū abiecto pane redijt,& de manu hominis Dei annonam quā conſueuerat accepit. Venerabilis autem Pater contra uitam ſuam inardeſcere ſacerdotis animum videns,illi magis quàm ſibi doluit. Sed p̄dictus Florentius, quia magiſtri corpus necare non potuit, ſe ad extinguendas diſcipulorum animas accēdit,ita vt in horto cellæ cui Benedictus inerat,ante eorū oculos nudas ſeptem puellas mitteret,q̄ coram eis ſibi inuicem manus tenentes, & diutius ludentes, illorum mentes ad peruerſitatem libidinis inflammarent. Quod ſentiens vir Dei de cella, lapſum adhuc conſpiciens, tenerioribus diſcipulis pertimeſcens,idque pro ſua ſolum fieri perſecutione pertractans,inuidiæ locū dedit,atque oratoria cuncta quæ cōſtruxerat,ſubſtitutis præpoſitis,adiūctis fratribus ordinauit,& paucis ſecum monachis

chis ablatis habitationē mutauit. Mox-
que vt vir Dei eius odia humiliter decli
nauit, hūc omnipotens Deus terribiliter
pcuſſit. Nā cū prædictus præsbyter ſtās
in ſolario Benedictum diſceſſiſſe cogno
ſceret & exultaret, perdurante immobili
ter tota domus fabrica, hoc ipsū in quo
ſtabat ſolarium, cecidit, & Benedicti ho-
ſtem cōterens extinxit. Quod vir Dei di
ſcipulus Maurus nomine ſtatim venera
bili patri Benedicto, qui adhuc a loco eo-
dē vix decē millibus paſſuū aberat, exi-
ſtimauit eſſe enūciandū dicens, reuerte-
re, quia presbyter qui te perſequebatur,
extinctus eſt. Qđ vir Dei Benedictus au
diens, ſeſe in grauibus lamētis dedit, vel
quia inimicus occubuit. vel qa de inimi
ci morte diſcipulus exultauit. Qua de re
factum eſt vt eidē quoque diſcipulo pæ
nitentiam indiceret, quod audiens talia,
gaudere de inimici interitu p̄ſumpſiſſet.

Petrus.

MIra ſunt & multum ſtupenda q̄ di-
cis. Nam in aqua extra petrā pro-

ducta Moyſen. In ferro vero, quod ex ꝓfundo aquæ redijt, Helyſeum. In aquæ itinere, Petrum. In corui obedientia, Helyam. In luctu autem mortis inimici: Dauid video. Et perpendo, quia vir iſte ſpiritu iuſtorum omnium plenus fuit.

Gregorius.

VIr Dei Benedictus Petre vnius Dei ſpiritũ habuit, qui ꝑ cõceſſæ redenptionis gratiam electorũ corda omniũ impleuit. de quo Ioannes dicit. Erat lux vera quę illuminat omnẽ hominem uenientem in hũc mundum. Et de quo rurſus ſcriptũ eſt. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Nã ſancti Dei homines potuerunt à Domino virtutes habere, non etiam alijs tradere. Ille autem ſigna virtutis dedit ſubditis, qui ſe daturũ ſignum Ionæ promiſit inimicis, vt corã ſuperbis mori dignaretur, coram humilibus reſurgere, quatenus & illi uiderẽt, quod contemnerent, & iſti quod venerãter amare debuiſſent. Ex quo myſterio actũ eſt, vt dum ſuperbi aſpiciũt deſpe-

ctum mortis, humiles cõtra mortem acciperent gloriam poteſtatis.

Petrus.

QVæſo te, poſt hæc ad quæ loca migrauerit vir ſanctus, vel ſi aliquas in eis virtutes oſtenderit innoteſce.

Quemadmodum accedens in Caſſinum montem: vniuerſa illic idola confregit: Et ibidẽ erexit eccleſiam in honorem S. Martini: ac Sanctiſſimi Ioannis Baptiſtæ.

Capit. X. Gregorius.

SAnctus vir ad alia demigrans loca, nõ hoſtem mutauit. Nam tanto poſt grauiora prælia pertulit, quanto contra ſe aperte pugnantẽ ipſum magiſtrum malitię inuenit. Caſtrum namq; quod Caſſinum dicitur, in excelſi mõtis latere poſitũ eſt. Qui videlicet mons diſtento ſinu hoc idẽ caſtrum recipit. ſed per tria miliaria in altum ſe erigẽs velut ad aera cacumen tendit, vbi vetuſtiſſimum fanũ fuit, in quo ex antiquorum more gentilium à ſtulto ruſticorum populo Apollo

coleba-

colebatur Circumquaque etiã in cultu dęmonũ luci ſuccreuerant in quibus ad huc eodem tempore infidelium inſana multitudo ſacrificijs ſacrilegis inſudabat. Illuc itaque Dei perueniẽs, cõtriuit idolum, ſubuertit arã, ſuccidit lucos, atque in ipſo templo Apollinis oraculum beati Martini, ubi vero ara eiuſdẽ Apollinis fuit, oratoriũ ſancti Ioannis cõſtruxit. Et commorantè circunquaque multitudinẽ prædicatione continua ad fidẽ uocabat: Sed antiquus hoſtis hęc tacite non ferẽs, nõ occulte uel per ſomnium, ſed aperta uiſione eiuſdẽ patris ſe oculis ingerebat, & magnis clamoribus ſe uim perpeti conquerebatur, ita vt voces illius etiã fratres audirẽt, quamuis imaginem minime cernerent. Vt enim diſcipulis ſuis uenerabilis pater dicebat, corporalibus eius oculis idẽ, antiquus hoſtis teterrimus & ſuccenſus apparebat, q in eũ ore oculiſque flãmãtibus ſęuire uidebatur. Iam uero quæ diceret, audiebant omnes. Prius enim uocabat hũc ex

nomine.

nomine. Cui cũ uir Dei minime reſponderet, ad eius mox contumelias erumpebat. Nam ei acclamabat dicẽs, Benedicte, Benedicte, & cum ſibi nullo modo reſpondere conſpiceret, protinus adiungebat. Maledicte nõ Benedicte. Quid me cum habes? Quid me perſequeris? Sed iam uero ſpectanda ſunt contra Dei famulum antiqui hoſtis noua certamina, cui pugnã quidem volens intulit, ſed occaſiones victoriæ miniſtrauit inuitus.

Quomodo orando Dæmonem lapidi inſidentem ne moueretur exturbauit.

Capit. XI.

QVadam die cum fratres habitacula eiuſdem cellę conſtruerent: lapis in medio iacebat, quem in ędificium leuare decreuerant. Cumque eum duo uel tręs mouere non poſſent, plures adiũcti ſunt. Sed ita immobilis mãſit, ac ſi in terra radicitus teneretur, ut palã daretur intelligi, quod ſuper eum ipſe per ſe antiquus hoſtis ſederet, quem tãtorum uirorum manus mouere nõ poſſent. Difficultate

igitur

igitur facta, ad virum Dei miſſum eſt, vt ueniret, orando hoſtem repelleret, ut lapidem leuare poſſent. Qui mox uenit, & orationem faciens, benedictionem dedit, & tanta lapis celeritate leuatus eſt, ac ſi prius nullum pondus habuiſſet.

Qualiter viſum eſt monachis eius coquinam totam igni conflagrare arte ſathane: Capitulum XII.

TVnc in cóſpectu uiri Dei placuit, ut in eodẽ loco terram foderent. Quã cum fodiendo altius penetrarent, ęreum illic idolum fratres inuenerunt. Quo ad horam caſu in coquinam proiecto exire ignis repente uiſus eſt atque in cũctorũ monachorum oculis quod omne eiuſdẽ ędificium conſumeretur oſtendit. Cũq; iacẽdo aquam & ignem quaſi extinguẽdo perſtreperent pulſatus eodem tumultu uir Domini aduenit. Qui eundẽ ignẽ in oculis fratrum eſſe, in ſuis uero nõ eſſe conſiderans, caput protinus in orationem flexit, & eos quos phãtaſtico repe-

rit igne deludi, uocauit fratres monuit, ut oculos ſuos ſignarent & ſanū illud coquinæ edificium exiſtere cernerēt, & flāmas quas antiquus hoſtis finxerat, amplius non uiderunt.

Quemadmodum iuniorem monachum ſub muro proſtratum ex ſuſcitauit ſanctus Benedictus. Capitulum XIII.

RVrſus dū fratres parietem, quia res ita exigebat, paulo altius ędificarēt, uir Dei in orationis ſtudio inter cellulæ ſuæ clauſtra morabať Cui antiquus hoſtis inſultans apparuit. & quia ad laborātes fratres pergeret indicauit. Quod uir Dei per nuncium celerrime fratribus indicauit dicēs. Fratres uos caute agite, qa ad uos hac hora malignus ſpūs uenit. Is qui mandatum detulit, uix uerba compleuerat, & malignus ſpiritus eundē parietē, qui ędificabatur euertit, atq; unū puerulum monachum, cuiuſdā curialis filium opprimens ruina contriuit. Cōtriſtati ſunt omnes ac uehementer afflicti

C non

non dãno parietis ſed contritione fratris. Quod venerabili patri Benedicto ſtuduerunt celeriter cũ luctu graui nunciare. Tunc eiſdẽ pater ad ſe dilaceratũ puerũ deferri iubet. Quẽ portare nõ niſi in ſacco potuerunt, q̃a collapſi ſaxa parietis eius non ſolum mẽbra ſed oſſa contriuerant. Eumq; vir Dei p̃cepit ſtatim in cella in ſtrato quo orare conſueuerat proijci: miſſiſq; foras fratribus: cellã clauſit, q̃ orationi inſtantius q̃ ſolebat incubuit. Mira res, eadẽ hora hunc incolumẽ, atq; vt prius valentem, ad eũdẽ iterũ laborem miſit, vt ipſe quoq; parietẽ cum fratrib. perficeret, de cuius ſe interitu antiquus hoſtis Benedicto inſultare credidiſſet. Cępit vero inter iſta vir Dei ẽt ꝓphetiæ ſpiritu pollere, ventura prædicere, præſentibus etiam abſentia nunciare.

Prout imputauit monachis noſcens vbi & quantum comediſſent extra monaſteriũ ſine eius licentia. Cap. XIII.

MOs & etenim cellæ fuit, vt quoties ad reſponſum aliq̃d egrederentur,

fratres,

fratres, cibum potumque extra cellam minimè ſumerent. Cumque hoc de vſu regulæ ſeruaretur, quadam die ad reſponſum fratres egreſſi ſunt: in quo tardiori compulſi ſunt hora demorari: qui manere iuxta religioſam fęminam nouerant: cuius ingreſſi habitaculũ ſumpſerunt cibum. Cumque iam tardius ad cellam rediſſent benedictionem patris ex more petierunt. quos ille protinus percũctatus eſt dicẽs, vbi comediſtis? Qui reſpõderunt dicẽtes, nuſquam. Quibus ille ait, quare ita mentimini? Nunquid illius fœminæ habitaculum non intraſtis? Nũqd hos atque illos cibos nõ accepiſtis? nunquid tot calices non bibiſtis? Cumq; eis venerabilis pater, & hoſpitiũ mulieris: & genera ciborum: & numerũ potionum diceret, recognoſcẽtes cuncta q́ egerãt ad eius pedes tremefacti ceciderunt: ſeq; deliquiſſe cõfeſſi ſunt. Ipſe autẽ protinus culpam pepercit; perpẽdens ꝙ in eius abſentia vltra nõ facerent: quẽ præſentem ſibi eſſe in ſpiritu ſcirent.

Quomodo leniter & modeſtè prodidit fratri germano Valentiniani monachi qui ad ſe venerat de eo quod à comite iter inuitatus: tandem comedit in via.

Capitulum. XV.

FRater quoque Valentiniani eius monachi, cuius memoriam ſuperius feci vir erat laicus ſed religioſus. Qui vt ſerui Dei orationem perciperet & germanũ fratrẽ videret, annis ſingulis de loco ſuo ad cellã ieiunus venire cõſueuerat. Quadam igitur die dum iter ad monaſteriũ faceret, ſeſe illi alter viator adiunxit, qui ſumendos in itinere portabat cibos. Cũ que iã hora tardior excreuiſſet dixit. Veni frater ſumamus cibũ, ne laſſemur in via. Cui ille reſpondit. Abſit frater nõ facio, quia ad venerabilem patrem Benedictũ ieiunus ſemper venire cõſueui. Quo reſponſo percepto, ad horam conuiator conticuit. Sed poſt hæc cum aliquãtulũ itineris ſpatiũ egiſſent, rurſus admonuit vt mãducarent: Cõſentire noluit, qui ieiunus puenire decreuerat. Tacuit qui ad

mandu-

manducandũ inuitauerat, & cũ eo ieiunus adhuc pergere modicũ cõſenſit. Cũque & iter lõgius agerent, & eos tardior hora fatigaret, ambulantes inuenerunt in itinere pratũ & fontem, & q̃que poterant ad reficiendũ corpus delectabilia videri. Tunc cõuiator ait. Ecce aqua, ecce pratũ, ecce amęnus locus, in quo poſſimus refici, & parũ requieſcere, vt valeamus iter noſtrum poſtmodum incolumes explere. Cũ igit̃ & verba auribus & loca oculis blandirentur, hac tertia admonitione pſuaſus, cõſenſit, & comedit, veſpertina uero hora peruenit ad cellã. Præſentatus ãt venerabili patri Benedicto, ſibi orationẽ petijt. Sed mox ei vir Dei hoc qđ in via egerat improperauit dicens. Quid eſt frater? malignus hoſtis q tibi p cõuiatorẽ tuũ locutus eſt, ſemel tibi pſuadere nõ potuit: ſecũdo nõ potuit ad tertiũ ſuaſit, & te ad hoc ꝙ voluit ſuperauit. Tũc ille reatũ ſuæ infirmæ mentis agnoſcẽs, ei⁹ pedib. puolut⁹, tãto magis cœpit culpam deflere & erubeſcere,

quanto ſe cognouit etiam abſentem in Benedicti patris oculis deliquiſſe.

Petrus.

EGo ſancti viri precordijs Helyſęi ſpiritum video ineſſe, qui abſenti diſcipulo præſens fuit.

Quomodo Rex Totila ſubmiſſo vno ex ſuis iuueniculis cum ornamentis regijs uoluit experiri ſi prophetice quid poſſet dicere. Cap. XVI. Gregorius.

OPortet Petre vt interim ſileas, quatenus adhuc maiora cognoſcas. Gothorum nãque temporibus cum rex eorũm Totila ſanctum virũ prophetiæ habere ſpiritũ audiſſet, ad eius monaſteriũ pergens, paulo longius ſubſtitit, eique ſe venturum eſſe nunciauit. Cui cũ protinus mandatum de monaſterio fuiſſet ut veniret, ipſe ſicut perfidæ mentis fuit, an vir Domini prophetiæ ſpiritum haberet explorare conatus eſt. Quidam vero eius ſpatharius, Riggo dicebat, cui calciamẽta ſua præbuit, eumque indui regalibus fecit, quem quaſi in perſona ſua pergere

ad Dei hominem pręcepit. In cuius obſe quio tres qui ſibi præ ceteris adhærere conſueuerát, comites miſit. Scilicet. Vuldericum Rudericum & Blindinum, ut ante ſerui Dei oculos ipſum eſſe regem Totilam ſimulantes, eius lateri obambularent. Cui quoque alia obſequia atque ſpatharios præbuit, vt tam ex eiſdem obſequijs quā ex purpureis veſtibus rex eſſe putaretur. Cumque idem Riggo decoratus veſtibus, obſequentium frequētia comitatus, monaſterium fuiſſet ingreſſus, vir Dei eminus ſedebat. Quem venientem conſpiciens, cū iā ab eo audiri potuiſſet, clamauit dicens. Pone fili, pone hoc quod portas, non eſt tuum; qui Riggo protinus in terrā cecidit, & quia tāto viro illudere præſumpſiſſet, expauit Omneſque qui cum eo ad Dei hominē veniebant terræ cōſternati ſunt. Surgentes autem ad eum propinquare minime præſumpſerunt, ſed ad ſuum regem reuerſi, nunciauerunt trepidi, in quanta uelocitate fuerunt deprehenſi.

Qualiter Totila rex Gothorum ſupplex & maxima cum reuerentia ad ſanctum Benedictum acceſſit uiſcendum.

Capitulum XVII.

TVnc per ſe idem Totila ad Dei hominem acceſſit, quem cum lõge ſedentem cerneret, non auſus accedere, ſe ſe in terram dedit. Cui cum uir Dei, bis terque diceret. ſurge ſed ipſe ante eum erigi de terra non auderet, Benedictus Ieſu Chriſti Domini famulus per ſemetipſum accedere dignatus eſt ad regem proſtratum. Quem de terra leuauit, de ſuis actib. increpauit, atq; in paucis ſermonibus cuncta quæ erant illi uentura prænunciauit dicens. Multa mala facis, multa mala feciſti, iam aliquando ab iniquitate compeſcere. Et quidem Româ ingreſſurus es, mare tranſiturus, nouẽ annis regnabis, decimo morieris. Quibus auditis rex vehementer terrius, oratione petita receſſit, atque ex illo iã tempore minus crudelis fuit, & non multo poſtquam Romam adijt, Siciliam perrexit.

rexit. Anno autem regni ſui decimo omnipotentis Dei iudicio regnum cum vita perdidit.

Quomodo prædixit de vrbe Roma in ſe ſe corruenda. *Capitulum* XVIII.

PRæterea Antiſtes Canuſinæ eccleſię ad eundem Dñi famulũ uenire conſueuerat, quẽ uir Dei pro vitæ ſuæ merito valde diligebat. Is itaque dum cum illo de ingreſſu regis Totilæ & Romanę vrbis perditione colloquium haberet, dixit. Per hũc regẽ ciuitas iſta deſtruet, ut iã amplius non inhabitet. Cui uir Domini reſpondit, Roma a gentibus nõ exterminabitur, ſed tempeſtatibus, coruſcis, turbinibus ac terremotu fatigata marceſcet in ſemetipſa. Cuius prophetiæ myſteria nobis iã facta ſunt luce clariora, q hac vrbe diſſoluta mænia, euerſas domos, deſtructas eccleſias turbine cernimus, eiuſq; ædificia longo ſenio laſſata, qa ruinis crebeſcentib. proſternant, uidem⁹. Quãuis hoc Honoratus ei⁹ diſcipulus (cuius mihi reuelatione cõpertũ

eſt)

& ſicut terrere ſolet animum pœna recens,ea q̃ vir Dñi præceperat,interim cuſtodiuit. Cũ vero poſt annos multos oẽs priores illius de hac luce migraſſent, & minores ſuos ſibimet ſuperponi in ſacris ordinibus cerneret, verba viri Dei quaſi ex longo tempore oblitus, poſtpoſuit, atque ad ſacrum ordinem acceſſit. Quem mox is qui reliquerat diabolus tenuit, eum que vexare quouſque animam eius excuteret non ceſſauit.

Petrus.

ISte vir Dei: diuinitatis ut uideo etiam ſecreta penetrauit: qui perſpexit hunc clericum idcirco diabolo traditum: ne ad ſacrum ordinem accedere auderet.

Gregorius.

QVare diuinitatis ſecreta non noſſet qui diuinitatis præcepta ſeruaret: cum ſcriptum ſit, qui adheret domino vnus ſpiritus eſt?

Petrus.

SI vnus ſpiritus ſit cũ domino: qui domino adhæſerit, quid eſt quod iterũ

egregius idem prędicator dicit. Quis nouit ſenſum domini: aut quis cõſiliarius eius fuit? Valde enim eſſe inconueniens videretur eius ſenſum cum quo vnus factus fuerit ignorare.

Gregorius.

SAncti viri inquantũ vnũ cũ domino ſunt, ſenſum dñi nõ ignorãt. Nã idem quoq; Apoſtolus dicit. Quis enim ſcit hominũ quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Ita & quæ Dei ſunt, nemo cognouit niſi ſpiritu Dei. Qui vt ſe oſtenderet noſſe q̃ Dei ſunt, adiunxit. Nos aũt nõ ſpiritũ huius mũdi accepimus, ſed ſpiritũ q ex Deo eſt. Hinc iterũ dicit. Quod oculus nõ vidit nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcendit, q̃ p̃parauit Deus diligẽtibus ſe: nobis autem reuelauit per ſpiritum ſuum.

Petrus.

SI ergo eidẽ Apoſtolo ea quæ Dei ſunt per Dei ſpiritũ fuerant reuelata: qũo ſuper hoc quod propoſui, præmiſit dicens. O altitudo diuitiarum ſapientiæ

Dei

Dei quã incóprehẽſibilia sũt iudicia eius & in ĩueſtigabiles vię eius. Sed rursũ mihi hęc dicẽti alia ſuborit᷑ quęſtio. Nã Dauid propheta domino loquitur dicẽs in labijs meis pronũciaui omnia iudicia oris tui. Et cũ minus ſit noſſe quàm etiã pronunciare, quid eſt ꝙ Paulus incompræhẽſibilia eſſe Dei iudicia aſſerit: Dauid autem hæc ſe omnia non ſolum noſſe, ſed etiã in labijs pronũciaſſe teſtatur?

Gregorius.

AD vtraque hęc tibi ſuperius ſub breuitate reſpondi dicens, ꝙ ſancti virĩ inquantum cum Deo unum ſunt: ſenſũ domini nõ ignorãt. Omnes enim qui deuote dominum ſequũtur etiam deuotione cum Deo ſunt & adhuc carnis corruptibilis pondere grauati: cum Deo non ſunt. Occulta itaque Dei iudicia inquãtum coniuncti ſunt, ſciunt: inquãtũ diſiuncti ſunt, neſciunt. Quia enim ſecreta eius adhuc perfecte non penetrant, in cõprehenſibilia eius iudicia eſſe teſtantur. Quia uero ei mẽte inhærent, atque inhę-

rent

rendo vel ſcripturæ eloquijs vel occultis reuelationibus inquantum accipiunt, agnoſcunt hęc & nouerunt & pronũciãt. Iudicia igitur quę Deus tacet, neſciũt: & quę Deus loquitur, ſciũt. Vnde & Dauid propheta cũ dixiſſet. In labijs meis pronũciaui omnia iudicia: protinus addidit, oris tui. Ac ſi apertè dicat. Illa ego iudicia & noſſe & pronunciaſſe potui: quę te dixiſſe cognoui. Nam ea quæ ipſe non loqueris: noſtris proculdubio cogitationibus abſcondis. Concordat ergo prophetica apoſtolicaque ſententia, quia & incomprehẽſibilia ſunt Dei iudicia: & tamen quæ de ore eius prolata fuerint, humanis labijs pronunciantur. Quoniam ſciri ab hominibus & prolata per Deum poſſunt: & occulta non poſſunt.

Petrus.

IN obiectione meę quæſtiũculę patuit cauſa rationis. Sed quæſo te, ſi qua ũt adhuc de huius virtutibus, ſubiũge.

Grego-

Gregorius.

Quomodo planxit ſuper monaſterij ſui deſtructione à Barbaris. Cap. XX.

VIr quidam nobilis Theoprobus nomine eiuſdem Benedicti patris fuerat admonitione conuerſus: qui pro uitę ſuę merito magnam apud eum familiaritatis gratiam habebat. Hic cum quadā die eius cellulam fuiſſet ingreſſus, hunc amariſſime flentem reperit. Cumq; diu ſubſiſteret, eiuſque lachrymas non finiri uideret: nec tñ ut uir Dei cōſueuerat, orando plangeret, ſed mę rendo; quę nam cauſa tanti luctus exiſteret inquiſiuit. Cui vir Dei ilico reſpondit. Totum hoc monaſterium, quod cōſtruxi: & cuncta quæ fratrib. præparaui oīpotentis Dei iudicio gentibus tradita ſunt. Vix aũt obtinere potui ut mihi ex hoc loco aīę concederentur. Cuius uocem Theoprobus audiuit: nos autem cernimus, qui deſtructum modo a Longobardorũ gente eius monaſterium ſcimus. Nocturno enim tẽpore & quieſcẽtibus fratribus nuper il-

luc

huc longobardi ingreſſi ſunt. Qui diripiẽtes omnia nec unum quidem hominẽ illic tenere potuerunt: ſed impleuit omnipotens Deus quod fideli famulo ſuo Benedicto promiſerat: ut ſi res gẽtibus traderet, animas cuſtodiret. Qua in re Pauli vicem uideo tenuiſſe Benedictum: cuius dum nauis rerum omnium pertulit iacturam: ipſe in conſolationẽ uitam omnium qui eum comitabantur accepit.

Quomodo de vaſculo vini occultato in via admonuit delatorem ne biberet.

Capitulum. XXI.

QVodam quoque tempore Exhilaratus noſter, quam ipſe conuerſũ noſti: tranſmiſſus a dño ſuo fuerat ut Dei uiro in monaſterio uino plena duo lignea uaſculaque uulgo flaſcones, dicuntur deferret. Qui vnum detulit: alterũ uero pgens in itinere, abſcondit. Vir autem domini: quem facta abſentia latere non poterant: unum cũ gratiarũ actione ſuſcepit: & diſcendentẽ pucrũ monuit dicẽs.

Vide fili, ne de illo flaſcone quem abſcō diſti, iam non bibas: ſed inclina illū caute: & inuenies q̄d intus habeat. Qui cō-fuſus valde à Dei homine exiuit: & reuerſus, volēs adhuc probare quod audierat, cum flaſconem inclinaſſet, de eo protinus ſerpens egreſſus eſt. Tunc prædictus Exhilaratus puer per hoc quod in vino reperit expauit malum quod fecit.

Prout admonuit ſuum monachum, qui a ſacris fœminis mappulas acceperat & celauèrat. *Cap.* XXII.

NOn lōge autem a monaſterio vicus erat, in quo nō minima multitudo hominum ad fidem Dei ab idolorū cultu Benedicti fuerat exhortatione cōuerſa. Ibi quoque quædam ſanctimoniales fœminę erant: & crebro illuc pro exhortandis animab. fratres ſuos mittere Benedictus Dei famulus curabat. Quadā vero die miſit ex more: ſed is qui miſſus fuerat monachus, poſt admonitionē factam a ſanctimonialibus fœminis roga-

tus mappulas accepit ſibique eas abſcondit in ſinu. Qui mox ut reuerſus eſt: eũ vir Dei vehementiſſima amaritudine cępit increpare, dicens. Quomodo ingreſſa iniquitas in ſinum tuũ eſt? At ille obſtupuit: & quid egiſſet oblitus, vnde corripiebatur ignorabat. Cui ait. Nũquid ego illic non pręſens eram, quãdo ab ancillis Dei mappulas accepiſti, tibiq; eas in ſinũ miſiſti? Qui mox eius veſtigijs ꝓuolut⁹, ſtulte ſe egiſſe pænituit, & eas quas in ſinu aſconderat mappulas, proiecit.

Quomodo cognouit animi elationẽ monachi, qui ante ſe lumen prætendebat.
Capitulum. XXIII.

QVadam quoque die dũ venerabilis pater veſpertina iam hora corporis alimenta perciperet: eius monachus cuiuſdã Defenſoris filius fuerat; qui ei ante menſam lucernam tenebat. Cũq; vir Dei ederet: ipſe autem cũ lucernæ miniſterio aſtaret: cæpit per ſuperbię ſpiritũ in mẽte ſua tacitè voluere: & per cogita-

tionem dicere. Quis eſt hic cui ego man ducanti aſſiſto, lucernam teneo, ſeruitiũ impendo? qui ſum ego vt iſti ſeruiã? Ad quẽ vir Dei ſtatim conuerſus, vehemen ter cæpit increpare & dicere. Signa cor tuũ frater; q̃d eſt ꝙ loqueris? Signa cor tuũ. Vocatiſq; ſtatim fratribus præcepit ei lucernam de manibus tolli: ipſum ve ro iuſſit a miniſterio recedere: & ſibi ho ra eadẽ quietum ſedere. Qui requiſitus a fratribus quid habuerit in corde: per ordinem narrauit, quanto ſuperbiæ ſpũ intumuerat: & quæ contra virũ Dei ver ba per cogitationẽ tacitus dicebat. Tunc liquido omnibus patuit ꝙ venerabilem Benedictum latere nihil poſſet, in cuius aure etiam cogitationis verba ſonuiſsẽt.

Quemadmodum pro foribus monaſte- rij ducenta modia farinæ comperta ſunt miraculoſè prouenta. Cap. XXIIII.

ALio quoq; tempore in eadem Cam panię regione fames incubuerat ma gna: quæ omnes alimentorum indigẽtia

coanguſtabat. Iamq; in Benedicti monaſterio triticũ deerat. Panes vero omnes pene conſumpti ſunt: ut non pluſquam quinque ad refectionis horam fratribus inueniri potuiſſent. Cumq; eos venerabilis pater cõtriſtatos cerneret: eorũ puſillanimitatẽ ſtuduit modeſta increpatione corrigere: & rurſus promiſſione ſubleuare, dicẽs. Quare de panis inopia veſter animus cõtriſtatur? Hodie quidem minus eſt: ſed die craſtina abũdanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinæ modij ante fores cellę in ſaccis inuẽti ſunt. Quos omnipotens Deus quibus deferentibus tranſmiſiſſet nũc vſq; manet incognitũ. Qđ cũ fratres cernerent domino gratias referẽtes: didicerũt iam de abundantia in egeſtate non dubitare.

Petrus.

DIc quęſo te nunquid nam credendũ eſt, huic Dei famulo ſemper ꝓphetię ſpiritum adeſſe potuiſſe: an per interualla temporum eius mentem prophetiæ ſpiritus implebat?

Gre-

Gregorius.

PRophetię ſpiritus, Petre propheta͡rũ mentes non ſemper irradiat, quia ſicut de ſpiritu ſancto ſcriptũ eſt. ubi vult ſpirat: ita ſciendum eſt: quia & qñ vult aſpirat. Huic eſt.n.ꝙ Natham a rege requiſitus: ſi conſtruere templum debuiſſet: prius cõſenſit: & poſtmodum prohibuit. Hinc eſt quòd Helyſeus cũ flẽtem mulierem cerneret: cãmque neſciret: ad ꝓhibentem hanc puerũ dicit. Dimitte eam quia aĩa eius in amaritudine eſt: & dñus celauit à me: & nõ indicauit mihi. Quod oĩpotens Deus ex magnæ pietatis diſpenſatione diſponit: qa dum prophetiæ ſpm̃ aliqñ dat, & aliqñ ſubtrahit: prophetantium mentes & eleuat in celſitudinem, & cuſtodit in humilitate: vt & accipiẽtes ſpm̃, inueniat quid de Deo ſint: & rurſus prophetiæ, ſpiritum non habẽtes, cognoſcant quid ſint de ſemetipſis.

Petrus.

ITa hoc eſſe, ut aſſeris, magna ratio clamat. Sed queſo de uenerabili patre Be-

nedicto quicquid adhuc animo occurre rit: exequere.

Quomodo monachis ad monaſterium conſtruendum miſſis in viſione apparuit: & modum & formam quomodo conſtrui opus eſſet deſignauit. Capitulum. XXV.

Gregorius.

ALio quoque tempore a quodam fideli viro rogatus fuerat: vt eius prędio iuxta Tarracinenſem vrbē miſſis diſcipulis ſuis conſtruere monaſterium debuiſſet. Qui roganti conſentiēs, deputatis fratribus, patrem cōſtituit & quis ei ſecūdus eſſet, ordinauit. Quibus euntib. ſpopondit dicens, ite, & die illo ego venio: & oſtendam uobis quo in loco oratorium, in quo loco refectoriū fratrum, in quo ſuſceptionem hoſpitum, vel quæq; ſunt neceſſaria, ædificare debeatis. Qui benedictione percepta illicō perrexerūt: & conſtitutum diem magnopere præſtolantes, parauerunt oīa, quæ his qui cum tanto patre uenire potuiſſent, videbātur

eſſe neceſſaria. Nocte uero eadē qua pro miſſus illuceſcebat dies: eidem ſeruo Dei quem illic patrem cōſtituerat: atq; eius præpoſito, uir dñi in ſomnis apparuit: & loca ſingula ubi quid ædificare debuiſſent, ſubtiliter deſignauit. Cūque vtriq; a ſomno ſurgerent: ſibi inuicem quod ui derant retulerunt. Non tamen viſioni il li fidem oīno dantes: virum Dei ſicut ſe venire promiſerat expectabāt. Cumque uir Dei conſtituta die minime ueniſſet: ad eum cum mœrore reuerſi ſunt dicen tes, expectauimus pater ut uenires ſicut promiſeras, & nobis oſtenderes ubi quid ædificare deberemus: & nō ueniſti. Qui bus ipſe ait: quare fratres: quare iſta dici tis? Nunquid ſicut ꝓmiſi non ueni? Cui cum ipſi dicerent: quando ueniſti? reſpō dit. Nunquid utrique veſtrū dormienti non apparui: & loca ſingula deſignaui? Ite: & ſicut ꝑ uiſionem audiſtis, oē habita culum monaſterij ita cōſtruite. Qui hęc audientes vehementer admirati: ad ꝑdi ctum prædiū ſunt reuerſi: & cuncta ha-

bitacula ſicut ex reuelatione didicerant; conſtruxerunt.

Petrus.

DOceri uelim quo fieri ordine potuit: ut longè reſpōſum dormiētib. diceret: quod ipſi per reuelationem audirent, & cognoſcerent.

Gregorius.

QVid eſt quòd perſcrutans rei geſtæ ordinem ambigis Petre? Liquet profectò quia mobilioris naturę eſt ſpiritus, quam corpus. Et certe ſcriptura teſtante nouimus, ꝙ propheta ex Iudæa ſubleuatus repente eſt cū prandio in Caldea depoſitus. Quo videlicet prandio prophetā refecit: ſeque repente in Iudęa iterum inuenit. Si igitur tā longe Abachuc potuit ſub momento corporaliter, ire, & prādiū deferre: quid mirum ſi Benedictus pater obtinuit: quatenus iret per ſpm̄: & fratrū quieſcentium ſpiritibus neceſſaria narraret? Et ſicut ille ad cibū corporis corporaliter perexit: ita iſte ad inſtitutiones ſpiritalis vitæ ſpiritaliter pergeret.

Petrus.

MAanus tuæ locutionis terſit a me (fateor)dubietatem mentis. Sed uelim noſſe in communi locutione qualis iſte vir fuerit.

Quomodo ſub anathemate comminatus eſt duabus religioſis fœminis niſi continuiſſent linguam maledicam. Cap. XXVI.

Gregorius.

VIx ipſa Petre cõmunis eius locutio à uirtutis erat pondere uacua: quia cuius cor ſeſe in alta ſuſpenderat: nequaquam verba de ore illius incaſſum cadebant. Siquid vero unquam nõ iam decernendo, ſed minando diceret: tantas uires ſermo illius habebat, ac ſi hoc nõ dubiè atque ſuſpensè, ſed iam per ſnĩam protuliſſet. Nam non longe ab eius monaſterio duæ quædam ſanctimoniales fęminę nobiliori genere exorta: in loco proprio conuerſabantur, quibus quidam religioſus vir ad exterioris uitæ uſum prębebat obſequiũ. Sed ſicut nonnullis ſolet nobilitas

litas generis parere ignobilitatem mentis: ut minus ſe in hoc mundo deſpiciant qui plus ſe cęteris aliquid fuiſſe meminerũt, nec dum prędictę ſanctimoniales fęminę perfectè linguã ſub habitus ſui freno reſtrinxerant, & eundem religioſum virũ qui ad exteriora miniſteria neceſſaria eis obſequia præbebat, incautis ſæpe ſermonibus ad iracũdiam prouocabant. Qui cũ diu iſta toleraret perrexi ad Dei hominem, quantasque pateretur uerborum contumelias enarrauit. Vir autem Dei hæc de illis audiens, eis protinus mãdauit dicens, corrigite linguam veſtram quia ſi non emendaueritis, excõmunico vos. Quam uidelicet excõmunicationis ſententiam nõ proferendo intulit, ſed in tentando. Illę autem a priſtinis moribus nihil mutatę, intra paucos dies defunctę ſunt, atque in eccleſia ſepultæ. Cumque in eadem eccleſia miſſarũ ſolemnia celebrarentur, atque ex more diaconus clamaret, ſi quis non cõicat, det locum, nutrix earum quæ pro eis oblationem do-

mino offerre conſueuerat, eas de ſepulchris ſuis progredi & exire eccleſiã videbat. Quod cũ ſæpius cerneret, quia ad uocem diaconi clamantis exibant foras, atq̃ue intra eccleſiam permanere nõ poterant, ad memoriam rediјt, quæ vir Dei illis adhuc uiuentib. mandauit. Eas quippe ſe cõione priuare dixerat, niſi mores ſuos & uerba corrigerent. Tunc ſeruo Dei cũ graui mærore indicatũ eſt. Qui protinus manu ſua oblationem dedit dicens. Ite, & hanc oblationem pro eis offerri dño facite, & ulterius excõicatæ non erunt. Quæ cũ oblatio pro eis fuiſſet immolata, & a diacono iuxta morem clamitum eſt, ut non cõicantes ab eccleſia exirent, illæ exire ab eccleſia ulterius uiſæ non ſunt. Qua ex re indubitanter patuit quia dum inter eos qui cõione priuati ſunt minime recederẽt, communionem a domino per ſeruũ Domini recepiſſent.

Petrus.

MIrum ualde, quamuis uenerabilem & ſanctiſſimum virum adhuc tamen

men in hac corruptibili carne degentem potuiſſe animas ſoluere in illo iam iudicio inuiſibili conſtitutas.

Gregorius.

NVnquid nam Petre in hac adhuc carne non erat: qui audiebat, quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis: & quæ ſolueris ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlis? Cuius nũc vicem & ligando, & ſoluendo obtinet, qui locum ſancti regiminis fide & moribus tenent. Sed ut tanta valeat homo de terra, cęli & terræ conditor in terram venit è cęlo, atq; vt iudicare caro etiam de ſpiritibus poſſit, hoc ei largiri dignatus eſt pro hominib. Deus caro factus, quia inde ſurrexit vltra ſe infirmitas noſtra, vnde ſubſe infirmata eſt firmitas Dei.

Petrus.

CVm virtute ſignorum concorditer loquitur ratio verborum.

Quali-

Qualiter apportari præcepit ſacroſanctum Domini Corpus, & imponi ſuper corpus monachi defuncti quod terra ipſa non ſuſtinebat. Capitulum. XXVII.

Gregorius.

QVadam quoque die cum quidam eius puerulus monachus parẽtes ſuos vltra quam debebat diligens, atque ad eorum habitaculũ tendens, ſine benedictione de monaſterio exiſſet: eo die vt ad eos peruenit, defunctus eſt. Cumq; eſſet ſepultus die altero: proiectũ foras corpus eius inuentũ eſt. Quod rurſus tradere ſepulturę curauerũt: ſed ſequẽti die iterũ proiectum exterius: atque exhumatũ ſicut prius inuenerunt. Tũc cõcitè ad Benedicti patris veſtigia currentes: cũ magno fletu petierunt: vt ei ſuam gratiã largiri dignaretur. Quibus vir Dei manu ſua protinus cõmunionem dominici corporis dedit dicens ite, atque hoc dominicum corpus ſuper pectus eius cum magna reuerẽtia ponite: eumque ſepulturæ tradite. Quod cũ factum

factum fuiſſet, ſuſceptum corpus eius terra tenuit: nec vltra proiecit. Perpendis Petre apud Ieſum Chriſtum dominum cuius meriti iſte vir fuerit: vt eius corpus etiam terra proijceret, qui Benedicti gratiam non haberet.

Petrus.

PErpendo planè & vehemẽter ſtupeo.

De monacho eius: qui dum fugeret de monaſterio: draco teterrimus in medio viæ ſe ei oppoſuit. *Cap. XXVIII.*

QVidam autem eius monachus mobilitati mẽtem dederat: & permanere in monaſterio nolebat. Cumque eum vir Dei aſſiduè corriperet: & frequenter admoneret: ipſe vero nullo modo conſentiret in congregatione perſiſtere: atque importunis precibus vt relaxaretur immineret: quadã die idem venerabilis pater nimietatis eius tædio affectus, iratus iuſſit vt diſcederet. Qui mox vt monaſterium exijt, contra ſe aſſiſtere aperto ore draconem in itinere inuenit.

Cum-

Cumque eũ idem draco qui apparuerat deuorare vellet, cœpit ipſe tremẽs & palpitans magnis vocibus clamare dicens. Currite, currite, qa draco iſte me deuorare vult. Currentes autẽ fratres draconem minine viderunt: ſed tremẽtem atque palpitantem monachũ ad monaſterium reduxerunt. Qui ſtatim promiſit nunquam ſe eſſe iam de monaſterio receſſurum, atque ex hora eadem in ſua promiſſione permanſit, quippe qui ſancti uiri orationibus contra ſe aſſiſtere draconem uiderat, quem prius non uidendo ſequebatur.

Quemadmodum infantem elephantino laborantem morbo ſanauit. Cap. XXIX.

SEd neque hoc ſilendum puto, quod illuſtri viro abdominio narrãte cognoui. Qui aiebat patris ſui puerum morbo elephantino fuiſſe correptũ, ita ut iã pilis cadentibus cutis intumeſceret, atque increſcente ſanie occultari non poſſet.

Qui

Qui ad virum Dei ab eodem patre eius miſſus eſt, & ſaluti priſtinæ ſub omni cęcitate reſtitutus eſt.

Quomodo inuenta miraculosè pecunia, honeſtum quendam uirum debitoris exactione leuanit. Cap. XXX.

NEque illud taceam quod eius diſcipulus Peregrinus nomine, narrare cōſueuerat, quia die quadam fidelis vir quidam neceſſitate debiti compulſus, vnum ſibi fore remediū credidit, ſi ad virum Dei pergeret, & quæ eum vrgeret debiti neceſſitas indicaret. venit itaq; ad monaſterium omnipotētis Dei famulum repperit, ꝙ a creditore ſuo pro duodecim ſolidis grauiter affligeretur, indicauit. Cui venerabilis pater nequaquā ſe habere duodecim ſolidos reſpōdit, ſed tamen eius inopiam blāda locutione cō ſolatus, ait. Valde & poſt biduum reuertere, quia deeſt hodie ꝙ tibi debeam dare. In ipſo autem biduo more ſuo in oratione fuit occupatus. Cū die tertio isq

neceſſitaté debiti affligebatur rediјt, ſup arcam monaſterij quę erat fruméto pléna, ſubito tredecim ſolidi ſunt inuenti. Quos vir Dei deferri iuſſit, & afflicto pe titori tribuit dicens, ut duodecim redderet, & vnum in expēſis proprijs haberet. Sed ad ea nunc redeam, quæ ex eius diſcipulis in libri huius exordio prædictis referentibus agnoui.

Quonam pacto quendam qui venenum ebiberat, ſanum et liberum reddidit.
Capitulum XXXI.

QVidam vir grauiſſima aduerſarij ſui æmulatione laborabat. Cuius ad hoc vſq; odium proru pit, vt ei neſcienti in potum venenum daret. Qui quamuis vitã auferre non valuit, cutis tamen colorem mutauit, ita vt diffuſa in corpore eius varietas lepræ morem imitari videretur. Sed ad Dei hominē deductus ſalutem priſtinã citius recepit. Nã mox vt eum contigit omnem cutis illius varietatem fugauit.

Quomodo vitreum vas oleo plenum per feneſtram præcipitari iuſſit: & illæſum eſt compertum. Capitulum XXXII.

EO quoque tempore quo alimentorũ inopia Campaniam grauiter affligebat, uir Dei diuerſis indigentibus monaſterij ſui cuncta tribuerat, ut pene nihil in cellario niſi parũ qd olei in vitreo uaſe remaneret. Tũc quidam ſubdiaconus Agapitus nomine aduenit, magno opere poſtulans vt ſibi aliquantulũ olei daret. Vir autem domini, qui cuncta decreuerat in terra tribuere, vt in cęlo omnia reſeruaret, hoc ipſum parum quod remanſerat olei iuſſit petenti dari. Monachus vero qui cellariũ tenebat, audiuit quidem iubentis verba ſed implere diſtulit. Cumq; poſt paululum ſi id ꝙ iuſſerat datum eſſet inquireret, reſpódit monachus ſe minimè dediſſe, quia ſi illud ei tribueret, oĩno fratribus nihil remaneret. Tũc iratus, illis ꝑcepit, vt hoc ipſum vas vitreũ in quo parũ olei remãſiſſe videbatur, per feneſtrã proijcerent,

ne

ne incella aliquid per inobedientiam re maneret. Factum eſt ita. Sub feneſtra au tē eadem ingens præcipitium patebat ſa xorum molibus aſperum. Proiectū ita- que vas vitreū venit in ſaxis, ſed ſic mā- ſit incolume, ac ſi proiectū minime fuiſ ſet, ita ut neque frangi neque oleū effun di potuiſſet. Quod vir Dei pręcepit leua ri, atque vt erat integrum petēti tribuit. Tunc collectis fratribus inobedientem monachum de infidelitate ſua & ſuper- bia coram omnibus increpauit.

Quemadmodum ex vaſe vacuo fecit orando ut exuberaret oleum abundanter.

Capitulum XXXIII.

QVa increpatione completa, ſe ſe cū ijſdem fratribus in orationem de- dit. In eo autem loco vbi cū fratri- bus orabat, vacuum erat ab oleo dolium & coopertum. Cūque ſanctus uir in orā tione perſiſteret, cæpit operimentū eiuſ- dē dolij oleo excreſcente ſubleuari. Quo commoto atque ſubleuato oleum quod

excreuerat, ora dolij tranſiens, pauimentum loci in quo incubuerãt inundabat. Quod Benedictus Dei famulus ut aſpexit protinus orationem compleuit, atq; in pauimentum oleum fluere ceſſauit. Tunc diffidentem inobedientemq; fratrem latius admonuit, vt fidẽ habere diſceret & humilitatẽ. Idẽ vero frater ſalubriter correptus erubuit, quia venerabilis pater virtutem omnipotentis Domini quã admonitione intimauerat, miraculis oſtendebat. Nec erat iã vt quiſquã de eius ꝓmiſſionibus dubitare poſſet, qa in vno eodẽq; momẽto pro vitreo uaſe pene vacuo plenũ oleo doliũ reddidiſſet.

Quo pacto monachum à Dæmone poſſeſſum virgalti verbere ſanum reddiderit. Capitulum XXXIIII.

QVadam die cũ ad beati Ioannis oratoriũ quod in ipſa montis celſitudine poſitum eſt, pergeret, ei antiquus hoſtis in mulo medici ſpecie obuiã factus eſt, cornu & tripediã ferens. Quẽ

cum

cum requiſiſſet dicens, quo uadis, ille rẽ
ſpondit. Ecce ad fratres uado, potionem
eis dare. Itaq; perrexit uenerabilis Bene
dictus ad orationẽ, qua completa conci-
tus rediit. Malignus uero ſpiritus unum
ſeniorem monachũ inuenit aquam hau
riẽtem, in quem ſtatim ingreſſus eſt, eũ
que in terrã proiecit & uehementiſſime
uexauit. Quem cum uir Dei ab oratio-
ne rediens tam crudeliter uexari conſpi
ceret, ei ſolummodo alapam dedit, & ma
lignum ab eo ſpiritũ protinus excuſſit
ita ut ad eũ redire ulterius non auderet.

Petrus.

VElim noſce ſi hęc tãta miracula uirtute ſemper orationis impetrabat, an aliquando etiam ſolo uoluntatis exhibebat nutu.

Qualiter ruſticum uinctum miſerabiliter aſpiciendo ſolum eius uincula diſſoluit.

Capitulum. XXXV.

Gregorius.

QVi deuota mente Deo adhęrent, cũ rerum neceſſitas expoſcit, exhibere

ſigna modo utroq; ſolent, ut mira quoq; aliqñ ex prece faciant, aliqñ ex poteſtate. Cum enim Ioannes dicat quotquot aũt receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, q filij Dei ex poteſtate sũt, quid mirum ſi ſigna facere ex poteſtate valent? Quia enim utroq; modo miracula exhibeant, teſtatur Petrus, qui Tabitã mortuam orando ſuſcitauit. Ananiam uero, & Saphyram mentientes, morti increpando tradidit. Neq; enim eum oraſſe in eorum extinctione legitur. ſed ſolũ modo culpam quam perpetrauerant increpaſſe. Conſtat ergo quia aliqñ hęc ex poteſtate, aliquando uero exhibentur ex poſtulatione, dum & iſtis uitam increpãdo abſtulit, & illi reddidit orando.

Miraculum.

NAm duo quoque fidelis Dei famuli Benedicti facta nunc replico, in quibus aperte clareat, aliud hunc accepta diuinitus ex poteſtate, aliud ex oratione potuiſſe. Gothorum quidã Zalla nomine perfidię fuit Arrianæ. Qui To-

tile

tilæ regis eorum tpibus contra catholicos eccleſiæ religioſos viros ardore immaniſſimæ crudelitatis exarſit: ita ut q ſ quis ei clericus monachuſue ante faciẽ veniſſet: ab eius manib. viuus nullo modo exiret. Quadam uero die auaritiæ ſuę æſtu ſuccenſus in rapinã rerũ inhiãs: dũ quendã ruſticũ tormentis crudelib. affligeret: eumq; per ſupplicia diuerſa laniaret: victus pœnis ruſticus ſeſe & res ſuas Benedicto Dei famulo cõmendaſſe pſeſſus eſt, ut dũ hoc a torquente credit', ſuſpenſa interim crudelitate, ad uitã horæ raperent'. Tũc idẽ Zalla' ceſſauit ruſticũ tormentis affligere, ſed eius brachia loris fortib. aſtringens: ante equum ſuũ cępit impellere: ut q s eſſet Benedictus q eius res ſuſceperat, demõſtraret. Quẽ ligatis brachijs ruſticus antecedens duxit ad sãcti uiri monaſteriũ eũq; ante ingreſſum cellæ ſolũ ſedentem reperit & legẽtem. Eidem ãt ſubſequenti & ſæuienti Zallæ ruſticus dixit. Ecce iſte eſt de quo dixerã Benedictus pater. Quẽ dũ feruido ſpiri-

tu & peruerſę mentis inſania fuiſſet intuitus:eo terrore quo conſueuerat actu rum ſe exiſtimans, magnis cępit uocib. clamare dicens. Surge, ſurge, & res iſtius ruſtici redde, quas accepiſti: ad cuius uo cē vir Dei protinus oculos leuauit a lectione, eumq; intuitus, mox ēt ruſticū qui ligatus tenebatur attendit. Ad cuius brachia cū oculos deflexiſſet: miro modo tanta ſe celeritate cœperunt illigata brachijs lora deuoluere: ut diſſolui tam concite nulla hominum feſtinatione po tuiſſent. Cumq; is qui ligatus uenerat, cœpiſſet ſubito aſtare ſolutus: ad tantæ poteſtatis vim tremefactus Zalla ad terrā corruit: & ceruicem crudelitatis rigidę ad eius ueſtigia inclinans orationibus ſe illius cōmendauit. Vir aūt ſanctus a lectione minime ſurrexit. ſed uocatis fratrib. eum introrſus tolli ut benedictionē acciperet pręcepit. Quem ad ſe reductū: ut a tantæ crudelitatis inſania quieſcere deberet, admonuit. Qui fractus recedēs, nil vlterius petere à ruſtico pręſumpſit,

quem uir Dei non tangendo, ſed reſpiciendo ſoluerat. Ecce ita eſt Petre quod dixi, quia hi qui omnipotenti Deo familiariter ſeruiunt, aliqñ mira facere etiã ex poteſtate poſſunt. Qui enim ferocitatem Gothi terribilis ſedens repreſſit, lora uero nodoſq; ligaturæ quæ innocentis brachia aſtrinxerant oculo diſſoluit, ipſa miraculi celeritate indicet qa ex poteſtate acceperat habere quod fecit Rurſus quoq; quale quamtumque miraculum orando valuit obtinere ſubiungam.

Quomodo infantem cuiuſdam ruſtici iam mortuum exſuſcitauit.
Capitulum. XXXVI.

QVadam die cum fratribus ad agrĩ opera fuerat egreſſus, quidã uero ruſticus defuncti filij corpus in vlnis ferens orbitatis luctu eſtuans, ad monaſterium venit, Benedictũ patrem quęſiuit. Cui cum dictũ eſſet, quia idem pater cũ fratrib. in agro moraretur, protinus ante monaſterij ianuam corpus extincti filij proiecit, & dolore turbatus, ad inue-

niendum venerabilem patrem, ſe concitus in curſum dedit. Eadē uero hora uir Dei ab agri opere iam cum fratrib. reuertebatur, quem mox ut orbatus ruſticus aſpexit, clamare cępit, redde mihi filium meū, redde mihi filiū meum. Vir āt Dei ad hanc uocē ſubſtitit, dicens. Nūquid ego tibi filiū tuū abſtuli? Cui ille reſpondit, mortuus eſt, veni reſuſcita eū. Quod mox ut Dei famulus audiuit, ualde contriſtatus eſt, dicēs Recedite fratres, recedite, hæc nr̄a non ſunt; ſed ſanctorū apoſtolorū ſunt. Quid nobis onera vultis imponere, quę non poſſumus portare? At ille quem nimius cogebat dolor, in ſua petitione pſtitit, iurās ꝙ non recederet, niſi eius filiū reſuſcitaret. Quem mox Dei famulus inquiſiuit, dicens, ubi eſt? Cui ille reſpōdit. Ecce corpus eius ad ianuam monaſterij iacet. Vbi dū vir Dei cū fratrib. veniſſet, flexit genua, & ſuper corpuſculū infantis īcubuit, ſeſeq; erigēs ad cęlū palmas tetēdit dicēs. Dn̄e nō aſpicias peccata mea, ſed fidē hoīs huius, q reſu-

ſcitari filiũ ſuum rogat, & redde in hoc corpuſculo aĩam, quã abſtuliſti. Vix in orõne uerba cõpleuerat, & egrediẽte aĩa ita corpuſculũ pueri totũ cõtremuit, ut ſub oculis oĩum qui aderãt apparuerit concuſſione mirifica, tremendo palpitaſſe. Cuius mox manũ tenuit & cũ patri uiuentẽ atq; incolumen dedit. Liquet Petre, qã hoc miraculũ ĩ ptãte non habuit ꝙ ꝓſtratus petijt ut exhibere potuiſſet.

Petrus.

SIc cuncta eſſe ut aſſeris conſtat patenter quia uerba quæ propoſueras rebus probas. Sed quæſo te, indices, ſi ſancti Viri oĩa quæ uolunt poſſunt, & cuncta impetrant quæ deſiderant obtinere.

Gregorius.

QVîſnam erit Petre in hac vita Paulo ſublimior, qui de carnis ſuæ ſtimulo ter dominum rogauit, & tñ quod uoluit obtinere nõ ualuit? Ex qua re neceſſe eſt, vt tibi de uenerabili patre Benedicto narrem, quia fuit quiddam quod uoluit, ſed non ualuit implere.

Hic incipit vita, & tranſitus Sanctæ Scolaſticæ virginis ſcilicet ſororis ſuæ, & quomodo oratu intentiſſimo largiſſimas induxit pluuias. Cap. XXXVII.

SOror namq; beatiſſimi Benedicti Scolaſtica nomine, oīpotenti Domino ab ipſo infantię tpe dedicata: ad eum ſemel per annum venire conſueuerat, ad quā vir dei non lōge extra ianuam in poſſeſſione monaſterij deſcendebat. Quadam vero die uenit ex more; atque ad eā cum diſcipulis venerabilis eius deſcendit frater. Qui totum diem in dei laudibus ſacriſq; colloquijs ducentes, incumbentibus iam noctis tenebris ſimul acceperūt cibos. Cumque adhuc ad menſam ſederēt & inter ſacra colloquia tardior ſe hora protraheret, eadem ſanctimonialis fęmina ſoror eius, eū rogauit dicens. Quæſo te frater vt iſta nocte me non deſeras: vt vſq; mane aliquid de cęleſtis vitę gaudijs loquamur. Cui ille reſpōdit. Quid eſt qđ loqueris ſoror? Manere extra cellā nullatenus poſſū. Tāta vero erat cœli ſereni-

ſerenitas vt nulla in aere nubes appare-
ret. Sanctimonialis autem fœmina cum
verba fratris negantis audiſſet: inſertas
digitis manus ſuper menſam poſuit: &
caput in manibus omnipotentē dn̄m ro
gatura, declinauit. Cūq; leuaret de men
ſa caput: tāta corruſcationis & tonitrui
virtus tātaque inundatio pluuie erupit:
vt neq; venerabilis Benedictus neq; fra-
tres qui cum eo aderant: extra loci limē
quo conſederāt: pedē mouere potuiſsēt.
Sāctimonlalis quippe fœmina, caput in
manibus declinās: lachrymarum fluuiū
in menſam fuderat: per quas ſerenitatē
aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo tra-
dius poſt orōnē inūdatio illa ſecuta eſt.
Sed tāta fuit cōueniētia orōnis & inun-
dationis: vt de mēſa iā caput cū tonitruo
leuaret: quatenus vnū idēq; eſſet monu
mētū, & leuare caput & pluuia depone
re. Tūc vir dei inter corruſcationes & to
nitrua atq; ingētis pluuię inūdationē, vi
dēs ſeſe ad monaſteriū nō poſſe remeare
cæpit cōqueri cōtriſtat⁹, dicēs, parcat ti-
bi

bi oĩpotẽs Deus ſoror: q̃d eſt ꝙ feciſti? Cui illa reſpõdit. Ecce rogaui te, & exaudire me noluiſti, rogaui Deũ meum & exaudiuit me. Mõ ergo ſi potes egredere: & me dimiſſa ad monaſteriũ recede. Ipſe ãtãexire extra tectũ nõ valens : q remanere ſponte noluit in loco, mãſit inuitus. Sicq; factum eſt, vt totam noctem peruigilem ducerent; atque per ſacra ſpiritualis vitæ colloquia, ſeſe vicaria relatione ſatiarent. Qua de re dixi eũ voluiſſe aliquid, ſed minime potuiſſe, quia ſi venerabilis uiri mentem aſpicimus, dubium nõ eſt quòd eandem ſerenitatẽ voluerit in qua deſcẽderat, permanere. Sed contra hoc quod voluit, in virtute omnipotentis Dei ex fœminæ pectore miraculũ venit; nec mirũ quod plus illa fęmina quæ diu fratrẽ uidere cupiebat in eodẽ tẽpore valuit. Quia enim iuxta Ioannis vocẽ Deus charitas eſt, iuſto valde iudicio illa plus potuit, q̃ amplius amauit.

Petrus.

FAteor, multum placet quod dicis.

De

De eo quod ſororis eius Scolaſticæ animam vidit in modum columbæ in cælum tendentem. Cap. XXXVIII.

Gregorius.

CVmque die altero eadem venerabilis fœmina ad cellam propriã receſſiſſet, vir Dei ad monaſterium redijt. Cũ ecce poſt triduum in cella cõſiſtens, eleuatis in aera oculis vidit eiuſdẽ ſororis ſuæ animam de corpore egreſſam, in colũbæ ſpẽ cęli ſecreta penetrare. Qui tãtæ eius gloriæ cõgaudens oĩpotenti Deo in hymnis & laudib. gratias reddidit, eiuſque obitũ fratribus denũciauit. Quos ẽt protinus miſit, ut eius corp⁹ ad monaſteriũ deferrẽt, atq; in ſepulchro ꝙ ſibi ipſi ꝑparauerãt, ponerẽt. Quo facto contigit, vt quorũ mẽs vna ſp̃ in Deo fuerat, eorũ quoq; corpora nec ſepultura ſepararet.

Quomodo mundũ vniuerſum in vnius ſolaris radij ſplendore conſpexit. *Capit.* XXXIX. *Gregorius.*

ALio quoque tempore Seruãdus diaconus atque abbas eius monaſterij

quod

quod in Cãpaniæ partibus a Liberio quondam patricio fuerat conſtructum, ad cũ viſitationis gratia ex more conuenerat. Eius quippe monaſterium frequẽtabat: vt quia idem quoque vir doctrina gratię cœleſtis affluebat: dulcia ſibi inuicẽ vitę verba transfunderẽt: & ſuauem cibum cœleſtis patriæ quia adhuc perfecte gaudendo non poterant, ſaltem ſuſpirando guſtarẽt. Cũ vero hora iã quietis exigeret vt mẽbra ſopori dari debuiſſẽt: in cuiuſdã turris ſuperioribus locis ſe venerabilis Benedictus: in eius quoque inferioribus ſe Seruãdus diaconus collocauit: quo videlicet in loco inferiora ſuperioribus paruus continuabat aſcenſus. Ante eãdẽ vero turrim, largius erat habitaculũ: in quo vtriuſque diſcipuli quieſcebãt. Cũque vir dñi Benedictus adhuc quieſcẽtib. fratribus inſtans vigilijs, nocturnę orõnis tpa pueniſſet: ad feneſtrã ſtãs & oĩpotentẽ dñm deprecãs, ſubito intẽpeſta noctis hora reſpiciẽs, vidit fuſam lucẽ deſuper cũctis noctis tenebras effugaſſe, tãtoque ſplen-

ſplēdore clareſcere, vt diē vinceret lux il la q̄ ī tenebris radiaſſet. Mira autē valde res in hac ſpeculatione ſecuta eſt: q̄a ſicut poſt ipſe narrauit, totus ēt mūdus velut ſub vno ſolis radio collectus, ante oculos eius adductus eſt. Qui venerabilis pater dū intentā oculorū aciē in hoc ſplē dore coruſcę lucis infigeret: vidit Germani Capuani epiſcopi animā, in ſphera ignea ab angelis in cœlū deferri. Tūc tāti ſibi teſtem volēs adhibere miraculi: Seruādū diaconū iterato bis terq; eius nomine cū clamoris magnitudine vocauit. Cū que ille fuiſſet inſolito tāti viri clamore turbatus, aſcendit: reſpexit, partemq; iā lucis exiguā vidit. Cui tāto hoc obſtupeſcenti miraculo, vir Dei per ordinē q̄ fuerant geſta, narrauit. Statimq; in Caſinū caſtrum religioſo viro Theoprobo mandauit, vt ad Capuanā vrbē ſub eadem nocte tranſmitteret; & q̄d de Germano ep̄o ageretur agnoſceret & indicaret. Factūque eſt, vt Reuerēdiſſimum virum Germanum ep̄m is qui miſſus fuerat, iam

defunctũ reperiret, & reġrẽs ſubtiliter, agnouit eodẽ momẽto fuiſſe illius obitũ, quo uir domini eius agnouit aſcenſum.

Petrus.

MIra res ualde & uehementer ſtupẽda. Sed hoc quod dictum eſt, quia ante oculos ipſius quaſi ſub uno ſolis radio, collectus totus mũdus adductus eſt: ſicut nũquam expertus ſum, ita nec conijcere ſcio quo ordine fieri poteſt, ut mũdus totus ab homine uno uideatur.

Gregorius.

FIxum tene Petre quod loquor: qa animæ uidẽti creatorem anguſta eſt omnis creatura. Quãtumlibet etenim parũ de luce creatoris aſpexit; breue fit ei omne, quod creatum eſt, quia ipſa luce viſionis intimę mentis laxatur ſinus: tantũq; expãditur in Deo vt ſuperior exiſtat mũdo. Fit uero ipſius uidentis anima etiam ſuper ſemetipſam: Cumque in Dei lumine rapitur ſuper ſe: in ĩterioribus ampliatur: & cum ſub ſe conſpicit exaltata, cõprehẽdit quam breue ſit, quòd cõprehẽ-

dere

dere humiliata nõ poterat. Vir ergo qui intueri globum igneũ, angelos quoque ad cælos redeũtes uidebatur; hoc procul dubio cernere nõ niſi in Dei lumine poterat: Quid itaque mirũ ſi mundũ ante ſe collectum uidit, qui ſubleuatus in mẽtis lumine extra mũdum fuit? Quod autem collectus mundus ante eius oculos dicitur nõ cęlum & terra cõtracta ſunt, ſed uidẽtis animus dilatatus, qui in Deo raptus uidere ſine difficultate potuit oẽ quod infra Deum eſt. In illa ergo luce quæ exterioribus oculis fulſit lux interior in mente fuit, quæ uidẽtis animum quia ad ſuperiora rapuit, ei quàm anguſta eſſent omnia inferiora monſtrauit.

Petrus.

VIdeor mihi utiliter non intellexiſſe quę dixeras, quãdo ex tarditate mea tãtũ creuit expoſitio tua. Sed quia hæc liquidè meis ſenſibus infudiſti, quæſo ut ad narrationis ordinem redeas.

Quemadmodum regulam monachorum omni præcipuam ſanctitate conſcripſit. Cap. XL. Gregorius.

LIbet Petre adhuc de hoc venerabili patre multa narrare, ſed quædã eius ſtudioſè prætereo, quia ad aliorum geſta voluenda feſtino. Hoc autem nolo te lateat quòd vir Dei inter tot miracula quibus in mundo claruit, doctrinæ quoque verbo non mediocriter fulſit. Nam ſcripſit monachorum regulam diſcretione præcipuam, ſermone luculentam. Cuius ſi quis velit ſubtilius mores vitamq; cognoſcere, poteſt in eadem inſtitutione regulæ omnis magiſterij illius actus inuenire, quia ſanctus vir nullo modo potuit aliter docere, quàm vixit.

Quomodo mortis ſuæ diem prænunciauit, & præſentibus, & abſentib. diſcipulis. Cap. XLI.

EOdẽ vero anno quo de hac vita erat exiturus, quibuſdã diſcipulis ſecum

cōuerſantibus: quibuſdā lōge manentibus ſanctiſſimi ſui obitus denunciauit diē, p̄ſentibus indicens vt audita p ſilentiū tegerēt; abſentib. indicās, ꝙ vel quale ſignū eis fieret, qn̄ eius aīa de corpore exiret. Ante ſextū vero ſui exitus diē aperiri ſibi ſepulturam iubet. Qui mox correptus febrib. acri cæpit ardore fatigari. Cūq; p dies ſingulos lāguor ingraueſceret; ſexto die portari ſe in oratoriū à diſcipulis fecit, ibiq; exitū ſuū dominici corporis & ſanguinis perceptione muniuit: atq; inter diſcipulorū manus imbecilla mēbra ſuſtentans, erectis in cęlū manibus ſtetit: & vltimū ſpiritū inter verba orationis efflauit. Qua.ſ. die duobus de eo fratribus vni in cella commorāti, alteri āt lōgius poſito reuelatio unius atque indiſſimilis uiſionis apparuit. Viderūt nāq; q a ſtrata pallijs; atq; innumeris corruſca lāpadib. uia, recto orientis tramitæ ab eius cella in cęlum uſque tendebat. Cui uenerando habitu uir deſup clarus aſſiſtēs, cuius eſſet via

 quam

quam cernerent, inquiſiuit. Illi autem ſe neſcire profeſſi ſũt. Quibus ipſe ait. Hęc eſt via, quà dilectus domino cœlum Benedictus aſcendit. Tunc itaque ſancti viri obitum ſicut pręſentes diſcipuli viderũt: ta abſentes ex ſigno quod eis prædictum fuerat, agnouerunt. Sepultus vero eſt in oratorio beati Ioannis Baptiſtæ quod deſtructa ara Apollinis ipſe conſtruxit. Qui & in eo ſpecu in quo prius habitauit nunc vſque ſi petentium fides exigat, miraculis coruſcat.

Qualiter quædam veſana & mente capta mulier in ſpecu ſancti Benedicti per noctem quieſcens reſtituta eſt menti integra. Capitulum XLII.

NVper nãque eſt res geſta quam narro, quia quædam mulier mente capta, cum ſenſum funditus perdidiſſet, p montes & ualles, & ſiluas, & campos die noctuque uagabatur: ibique tantũmodo quieſcebat, ubi hanc quieſcere laſſitudo coegiſſet. Quadam uero die dum inſana

fæmina

fœmina uaga nimium erraret: ad beati viri Benedicti patris ſpecum deuenit: ibique neſciens ingreſſa manſit. Facto autē mane, ita ſanato ſenſu egreſſa eſt, ac ſi eā nunquam inſania capitis vlla tenuiſſet. Quæ omni uitæ ſuæ tempore in eadem, quam acceperat ſanitate permanſit.

Petrus.

QVid namque eſſe dicimus quod plerumque in ipſis quoque patrocinijs martyrum ſic eſſe ſentimus, vt non tanta per ſua corpora quanta beneficia per reliquias oſtendant atque illic maiora ſigna faciant, vbi minime per ſemetipſos iacent.

Gregorius.

VBi in ſuis corporibus ſācti martyres iacent, dubium Petre non eſt quod multa ualeant ſigna mōſtrare, ſicut & faciunt: & pura mente q̄rentibus innumera miracula oſtēdūt. Sed quia ab infirmis

poteſt mentibus dubitari: vtrum ne ad exaudiendum ibi præſentes ſint, vbi conſtat quia in ſuis corporibus non ſint: ibi eos neceſſe eſt maiora ſigna oſtendere vbi de eorum præſentia poteſt mens infirma dubitare. Quorum vero mens in Deo fixa eſt; tanto magis habet fidei meritum: quanto illic eos nouit & non iacere corpore: & tamen non deeſſe ab exauditione. Vnde ipſa quoque veritas vt fidem diſcipulis augeret dixit: ſi non abiero, Paracletus non veniet ad uos. Cũ enim conſtet quia Paracletus ſpiritus ex patre ſemper procedat & filio, cur ſe filius receſſurum dicit ut ille veniat, qui a filio nunquam recedit? Sed quia diſcipuli in carne dominum cernentes corporeis hunc ſemper oculis uidere ſitiebant recte eis dicitur niſi ego abiero Paracletus non veniet: ac ſi aperte diceretur. Si corpus non ſubtraho, qui ſit amor ſpiritus non oſtendo. Et niſi me deſieritis corporaliter cernere: nunquam me diſcetis ſpiritualiter amare.

Petrus.

Placet quod dicis.

Gregorius.

ALiquantum iam a locutione ceſſandum eſt: vt ſi ad aliorum miracula enarranda tendimus, loquendi uires interim per ſilentium reparemus.

Explicit ſecundus Liber Dyalogorum beati Gregorij Papæ, de uita & miraculis beatiſſimi patris Benedicti Abbatis.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

Incipit prologus regulæ ſanctiſſimi patris noſtri Benedicti Abbatis, eximij Confeſſoris, patris monachorum.

AVſculta o filij præcepta magiſtri, & inclina aurẽ cordis tui, & admonitionem pij patris libẽter excipe, & efficaciter comple, vt ad eum per obedientiæ laborẽ redeas, à quo per inobedientiæ deſidiam receſſeras. Ad te ergo nunc meus ſermo dirigitur, quiſquis abrenuncias proprijs uolũtatibus domino Chriſto vero regi militaturus, obediẽtiæ fortiſſima atq; præclara arma aſſumis. In primis vt quicquid agendũ inchoas boni, ab eo perfici inſtãtiſſima oratione depoſcas. ut qui nos iam in filiorũ dignatus eſt numero computare, nõ debeat aliquãdo de malis actibus

noſtris

noſtris contriſtari. Ita enim ei omni tem-
pore de bonis ſuis in nobis parẽdum eſt,
vt non ſolum vt iratus pater ſuos nos ali
quãdo filios exhęredet: ſed nec vt metuẽ
dus dñs irritatus malis noſtris, vt nequiſ
ſimos ſeruos perpetuam tradat ad pœnã,
qui eum noluerint ſequi ad gloriam.

RESurgamus ergo tandẽ aliqñ, excitã
te nos ſcriptura ac dicente. Hora eſt
iã nos de ſomno ſurgere. Et apertis ocu-
lis noſtris ad deificum lumen, attonitis
aurib. audiamus, diuina quotidie clamãs
qd nos admoneat vox dicẽs. Hodie ſi vo
cẽ eius audieritis, nolite obdurare corda
veſtra. Et iterũ. Qui hẽt aures audiendi,
audiat q d ſpũs dicat eccleſijs. Et q d di-
cit? Venite filij, audite me; timorẽ dñi do
cebo vos. Currite dũ lumẽ vitæ habetis,
ne tenebræ mortis vos cõprehẽdãt. Et q̃-
rens dñs in multitudine populi ſui cui
hæc clamat, operariũ ſuũ: iterum dicit.
Quis eſt homo q vult vitã, & cupit dies
videre bonos? Quod ſi tu audiens reſpõ
deas: Ego, dicit tibi Deus. Si uis hr̃e ue-
ram

rã & ꝑpetuam vitã abſtine à malo: & labia tua ne loquant᷑ dolũ: diuerte a malo, & fac bonum: inquire pacem, & ſequere eã. Et cum hæc feceritis, oculi mei ſuper vos: & aures meę ad preces veſtras: & anteq̃ me inuocetis, dicã, ecce adſum. Quid dulcius nobis hac voce dñi inuitãtis nos, fratres chariſſimi? Ecce pietate ſua demonſtrat nobis dominus viam vitæ.

SVccinctis ergo fide vel obſeruãtia bonorũ actuum lumbis noſtris, & calceatis in ꝓparatione Euãgelij pacis pedibus, ꝑgamus itinera eius: vt mereamur eũ q̃ nos vocauit, in regno ſuo videre. In cuius regni tabernaculo ſi volumus habitare, niſi illuc bonis actib. currẽdo minimè ꝑuenitur. Sed interrogemus cum ꝓpheta dñm, dicentes ei. Dñe quis habitabit ĩ tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in mõte ſancto tuo? Poſt hanc interrogationẽ fratres, audiamus dñm reſpõdentem, & oſtendentem nobis viã ipſius tabernaculi, & dicẽtem. Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiã. Qui loquitur veritatem

ritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua: Qui nõ fecit proximo ſuo malum; & opprobrium nõ accepit aduerſus proximũ ſuũ. Qui malignum diabolum aliqua ſuadẽtẽ ſibi, cũ ipſa ſuaſione ſua à cõſpectibus cordis ſui reſpuens deduxit ad nihilum, & paruulos cogitatus eius tenuit, & alliſit ad Chriſtum.

QVi timent dominum de bona obſeruantia ſua non ſe reddunt elatos, ſed ipſa in ſe bona non à ſe poſſe, ſed à domino fieri exiſtimantes, operantem in ſe dominum magnificãt, illud cum propheta dicẽtes. Non nobis domine, nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriã. Sicut nec Paulus Apoſtolus de prædicatione ſua ſibi aliqd imputauit dicens. Gratia Dei ſũ id quod ſum. Et iterum ipſe dicit. Qui gloriatur, in domino glorietur. Vnde & dñs in Euangelio ait. Qui audit uerba mea hęc, & facit ea, ſimilabo eum uiro ſapienti, qui ædificauit domũ ſuã ſupra petrã. Venerunt flumina, flauerũt uenti & impergerunt in domum illã, & nõ cecidit,

quia fundata erat ſupra petrã. Hęc complens dñs, expectat, quotidie, his ſuis ſanctis monitis factis nos rñdere debere. Iõ nobis pp emendationẽ malorũ huius vitæ dies ad inducias relaxãtur, dicẽte Apoſtolo. An neſcis quia patientia Dei ad pœnitentiã te adducit? Nã pius dñs dicit, Nolo mortẽ peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat. Cùm ergo interrogaſſemus dñm fratres de habitatore tabernaculi eius, audiuimus habitandi præceptum. Sed ſi cõpleamus habitatoris officium, erimus hæredes regni cœlorum.

ERgo præparãda ſunt corda noſtra & corpora ſanctæ pceptorum obedientiæ militatura: & qđ minus habet in nobis natura poſſibile, rogemus dñm, vt gratiæ ſuæ iubeat nobis adiutorium miniſtrari. Et ſi fugiẽtes gehennę pęnas, ad vitã volumus peruenire perpetuã: dum adhuc vacat, & in hoc corpore ſumus: & hæc oĩa per hanc lucis vitã vacat implere: currendum & agendum eſt modo, agẽdum eſt modo quod in perpetuum nobis

bis expediat. Conſtituenda eſt ergo à nobis dominici ſchola ſeruitij. In qua inſtitutione nihil aſperū nihilque graue nos conſtituros ſperamus. Sed & ſi q̄d paululum reſtrictus dictante ęquitatis ratione propter emendationem vitiorum vel cōſeruationē charitatis proceſſerit: non illico pauore perteritus refugias viam ſalutis: quæ non eſt niſi anguſto initio incipienda. Proceſſu vero conuerſationis & fidei, corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mādatorum Dei: vt ab ipſius nunquam magiſterio diſcedentes, in eius doctrina vſque ad mortem in monaſterio perſeuerātes, paſſionibus Chriſti per patientiam participemus: vt regni eius mereamur eſſe conſortes.

INCIPIT REGVLA EIVSDEM.

De generibus vel uita monachorum. Cap. I.

MOnachorum quatuor genera eſſe manifeſtum eſt. Primum cœnobitarum, hoc eſt monaſteriale, militans ſub regula vel abbate. Deinde ſecun-

cũdũ genus eſt anachoritarũ ideſt here mitarũ horũ q non cõuerſionis feruore nouitio, ſed monaſterij ꝓbatione diutur na, didicerũt cõtra diabolũ multorũ ſola tio iã docti pugnare: & bene inſtructi fra terna ex acie ad ſingulaiẽ pugnã eremi, ſecuri iã ſine cõſolatione alterius, ſola manu vel brachio cõtra vitia carnis, vel cogitationũ Deo auxiliãte, pugnare ſuffi ciũt. Tertiũ uero monachorũ teterrimũ genus eſt ſarabaitarũ, q nulla regula ap probati, experiẽtia magiſtra ſicut aurũ fornacis, ſed in plũbi natura molliti, ad huc operibus ſeruãtes ſęculo fidẽ mẽti ri Deo p tonſurã noſcunt. Qui bini aut terni aut certe ſinguli ſine paſtore, nõ dñicis ſęd ſuis incluſi sũt ouilibus, & ꝓ lege eis eſt deſideriorũ voluptas: cũ quic quid putauerint vel elegerint hoc dicũt ſanctum, & qđ noluerint, hoc putant nõ licere. Quartũ vero genus eſt monacho rum: qđ nominatur gyrouagum, qui to ta vita ſua p vniuerſas prouincias, ternis aut quaternis diebus per diuerſorum cel

las hoſpitantur, ſemper vagi, & nunquã ſtabiles: & proprijs voluptatibus, & gulę illecebris ſeruientes: & per omnia deteriores Sarabaitis. De quorum omniũ miſerrima conuerſatione melius eſt ſilere quam loqui. His ergo omiſſis ad cœnobitarum fortiſſimum genus diſponendum, adiuuante domino, veniamus.

Qualis debeat eſſe Abbas. Cap. II.

ABbas qui præeſſe dignus eſt monaſterio, ſemper meminiſſe dẽt quod dicitur: & nomen maioris, factis implere. Chriſti.n. agere vices in monaſterio creditur, qñ ipſius vocatur prænomine, dicente Apoſtolo: Accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorum: in quo clamamus Abba pater. Ideoq; Abbas nihil extra præceptum domini (quod abſit) debet docere aut cõſtituere aut iubere. Sed iuſſio eius vel doctrina fermento diuinæ iuſtitiæ in diſcipulorũ mentibus conſpergatur. Memor ſit ſemper abbas quia doctrinæ ſuæ vel diſcipulorum obedientiæ vtriuſq; rei in tremendo iudicio Dei faciẽda erit diſcuſſio.

ſcuſſio. Sciatq; abbas culpæ paſtoris incumbere quicquid in ouibus paterfamilias vtilitatis minus potuerit inuenire. Tm̄ interim liber erit, vt(ſi inquieto vel inobedienti gregi paſtoris fuerit oīs diligentia attributa. & morbidis earū actibus vniuerſa fuerit cura exhibita) paſtor earum in iudicio dn̄i abſolutus, dicat cū propheta dn̄o. Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo, veritatem tuam & ſalutare tuum dixi, ipſi autem contemnētes ſpreuerunt me. Et tunc demū inobedientibus curæ ſuæ ouibus pœna ſit, eis præualens ipſa mors.

CVm ergo aliquis, ſuſcipit nomen Abbatis, duplici dēt doctrina ſuis præeſſe diſcipulis .i. omnia bona & ſancta factis amplius quàm verbis oſtendere; vt capacibus diſcipulis mandata dn̄i verbis proponat, duris vero corde & ſimplicioribus, factis diuina pręcepta demōſtret. Omnia uero quæ diſcipulis docuerit eſſe contraria, in ſuis factis indicet nō agēda, ne alijs prædicans ipſe reprobus inueniatur,

niatˊ,ne qñ illi dicat Deus peccati. Quare tu enarras iuſtitias meas,& aſſumis teſtim̃ meum per os tuũ? Tu vero odiſti diſciplinã,& proieciſti ſermones meos poſt te. Et q in fratris tui oculo feſtucã videbas, in tuo trabẽ nõ vidiſti. Nõ ab eo perſona ĩ monaſterio diſcernatur. Nõ vnus plus amet q̃ alius, niſi quem in bonis actibus, aut obedientia inuenerit meliorem. Non pponatur ingenuus ex ſeruitio conuertenti, niſi aliqua rõnabilis cã exiſtat. Qđ ſi ita iuſtitia dictãte, abbati viſũ fuerit, de cuiuslibet ordine id faciat, ſin aliter propria teneãt loca. Quia ſiue ſeruus, ſiue liber, oẽs in Chriſto unũ ſumus: & ſub vno Dño ęqualẽ ſeruitutis militiam baiulamus. Quia nõ eſt apud Deum perſonarũ acceptio. Solũmodo in hac parte apud ipsũ diſcernimur, ſi meliores alijs in operib. bonis,& humiles inueniamur.

ERgo ęqualis ſit oĩbus ab eo charitas, vna prȩbeatur omnibus ſecundũ merita diſciplina. In doctrina namq. ſua abbas apoſtolicam debet illam ſemper formam

mā ſeruare, qua dicit, argue, obſecra, increpa, ideſt miſcēs tpibus tēpora, terroribus blandimenta, dirum magiſtri, pium patris oſtendat affectū, ideſt indiſciplinatos, & inquietos debet durius arguere: obedientes āt & mites, & patientes, ut in melius proficiant, obſecrare. Negligentes āt & cōtemnentes, vt increpet & corripiat admonemus. Neq; diſſimulet peccata delinquentium, ſed mox vt cœperint oriri radicitus ea (vt preualet) amputet, memor periculi Hely ſacerdotis de Sylo. Et honeſtiores qdē atq; intelligibiles animos prima vel ſecūda admonitione verbis corripiat, im ꝓbos āt & duros, ac ſupbos vel inobedientes verberū vel corporis caſtigatione, in ipſo initio peccati coerceat ſciēs ſcriptū. Stult⁹ verbis nō corrigit. Et iterū, pcute filiū tuū virga, & liberabis animā eius à morte.

MEminiſſe dēt ſemper Abbas qđ eſt meminiſſe quod dicitur: & ſcire, quia cui plus cōmittitur, plus ab eo exigitur. Sciatq; quàm difficilem, & ar-

duā rē ſuſcepit, regere animas, & multo rū ſeruire morib. Et aliū q̃dē blādimentis: aliū uerò increpationib, aliū ſuaſionibus. Et ſecundū vniuſcuiuſq; qualitatem vel intelligentiā, ita ſe omnibus conformet & aptet: vt nō ſolū detrimenta gregis ſibi cōmiſſi nō patiatur: verū et in augmentatione boni gregis gaudeat. Ante oīa ne diſſimulans, aut paruipendens ſalutē aīarum ſibi cōmiſſarū, plus gerat ſollicitudinē de rebus tranſitorijs atq; terrenis & caducis. ſed ſemper cogitet, quia animas ſuſcepit regendas: de quibus & rationē redditurus eſt. Et ne cauſetur de minori forte ſubſtantia, meminerit ſcriptū. Primū quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc oīa adijciētur vobis. Et iterū, nihil deeſt timentib. eū. Sciatq; quia qui ſuſcipit aīas regendas, præparat ſe ad rationē reddendam. Et quantum ſub cura ſua fratrum ſe habere ſcierit numerū, agnoſcat pro certo quia in die iudicij ipſarum omniū animarum eſt redditurus domino rationē

ſine

ſine dubio addita & ſuæ animæ. Et ita timens ſemper futuram diſcuſſionē paſtoris de creditis ſibi ouibus: cum de alienis ratiocinijs cauet, redditur de ſuis ſollicitus. Et cū de admonitionibus ſuis emendationem alijs ſubminiſtrat: ipſe efficitur à uitijs emendatus.

De adhibendis ad conſilium fratribus.
Capitulum. III.

QVoties aliqua præcipua agenda ſūt in monaſterio, cōuocet Abbas omnem cōgregationem, & dicat ipſe unde agitur. Et audiens conſilium fratrū tractet apud ſe prudēter, & quod vtilius iudicauerit faciat. Ideo autem omnes ad conſilium uocari diximus, quia ſæpe iuniori dominus reuelat, quod melius eſt, Sic autem dent fratres conſilium cū omni humilitatis ſubiectione, vt nō præſumant procaciter defendere, quod eis viſum fuerit: ſed magis in Abbatis pēdeat arbitrio, & quod ſalubrius eſſe iudicauerit, ei cūcti obediāt. Sed ſicut diſcipulis

conuenit obedire magiſtro, ita & ipſum prouide & iuſtè condecet cūcta diſponere. In omnibus igitur omnes magiſtram ſequātur regulam, neq; ab ea temerè declinetur à quoquam. Nullus in monaſterio proprij ſequat cordis voluntatē. Neq; præſumat quiſquam cum Abbate ſuo proteruè intra, aut extra monaſteriū contendere. Quod ſi pręſumpſerit, regulari diſciplinę ſubiaceat. Ipſe tamen Abbas cū timore Dei, & obſeruatione regulæ omnia faciat, ſciens ſe proculdubio de oībus iudicijs ſuis æquiſſimo iudici Deo rationem redditurum. Si qua verò minora agenda ſunt in monaſterij vtilitatibus, ſeniorum tantum utatur conſilio, ſicut ſcriptum eſt. Omnia fac, cum conſilio & poſt factum non pęnitebis.

Quæ ſunt inſtrumēta bonorum operum. Cap. IIII.

IN primis dominū Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute, deinde proximū tanquam ſeipſum. Deinde non occidere, non adulterare, non fa-

cere furtum, non concupiſcere, nõ falsũ teſtimonium dicere, honorare oẽs homines, & quod ſibi fieri quis non vult, alij ne faciat. Abnegare ſemetipſum ſibi, vt ſequatur Chriſtũ. Corpus caſtigare, delitias non amplecti, ieiuniũ amare, pauperes recreare, nudum veſtire, infirmũ viſitare, mortuũ ſepelire, in tribulatione ſubuenire, dolentem conſolari, à ſæculi actibus ſe facere alienum, nihil amori Chriſti præponere, iram non perficere, iracundię tempus non reſeruare, dolum in corde non tenere, pacem falſam non dare. Charitatem non derelinquere, nõ iurare omnino, ne forte periuret, veritatem ex corde & ore proferre, malũ pro malo non reddere, iniuriam non facere: ſed & factã patienter ſufferre, inimicos diligere, maledicentes ſe nõ remaledicere: ſed magis benedicere, perſecutionem propter iuſtitiam ſuſtinere, non eſſe ſuperbum, non vinolentum, non multum edacem, non ſomnolentum, non pigrũ, non murmuroſum, non detractorem,

Spem ſuā Deo cōmittere, bonū aliqđ in ſe cū viderit, Deo applicet nō ſibi: malū vero ſemper a ſe factū ſciat, & ſibi reputet. Diem iudicij timere: gehēnā expaueſcere: Vitam eternā oī cōcupiſcentia ſpirituali deſiderare. Mortē quotidie ante oculos ſuſpectā habere. Actus uitæ ſuæ oī hora cuſtodire. In oī loco Deū ſe reſpicere ꝓ certo ſcire. Cogitationes malas cordi ſuo aduenīētes mox ad Chriſtum allidere, & ſeniori ſpirituali patefacere.

Os ſuum a malo vel prauo eloquio cuſtodire. Multum loqui non amare. Verba vana aut riſui apta nō loq. Riſum multū aut excuſſum nō amare. Lectiones ſanctas libenter audire. Orationi frequēter incūbere. Mala ꝓterita cum lachrymis vel gemitu quotidie in oratione Deo cōfiteri. De ipſis malis de cętero emendare. Deſideria carnis non perficere, uolūtatem propriā odiſſe. Præceptis abbatis in omnibus obedire etiam ſi ipſe (quod abſit) aliter agat, memor illius dominici præcepti. Quæ dicunt facite, quæ

autem faciunt, facere nolite. Non velle dici ſanctum antequã ſit: ſed prius eſſe quo verius dicatur. Præcepta Dei factis quotidie adimplere. Caſtitatem amare. Nullum odiſſe: Zelũ & inuidiã non habere. Contentionẽ nõ amare. Elationem fugere, ſeniores venerari. Iuniores diligere in Chriſti amore, pro inimicis orare. Cum diſcordantibus ante ſolis occaſum in pacem redire. Et de Dei miſericordia nunquã deſperare. Ecce hęc ſunt inſtrumenta artis ſpiritualis. Quæ cũ fuerint a nobis die noctuq; inceſſabiliter adimpleta, & in die iudicij reconſignata, illa merces nobis a domino recompenſabit, quam ipſe promiſit. Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his q diligunt eũ. Officina uero, vbi hæc omnia diligẽter operemur, clauſtra sũt monaſterij & ſtabilitas in congregatione.

De obedientia diſcipulorum. Cap. V.

PRimus obediẽtiæ gradus eſt obediẽtia ſine mora. Hæc cõuenit his q ni-

hil ſibi Chriſto carius exiſtimat ꝑpter ſeruitium ſanctum, qđ profeſſi ſunt ſeu propter metum gehennæ vel gloriā uitæ eternæ: Mox vt aliqd imperatū a maiore fuerit, ac ſi diuinitus imperetur, moram pati neſciunt in faciendo. De quibus dominus dicit. Obauditu auris obediuit mihi. Et itē dicit doctoribus. Qui vos audit, me audit. Ergo hi tales ſtatim quæ ſua ſunt, & uoluntatem propriam deſerentes, mox ex occupatis manibus, & quod agebant imperfectum relinquētes, vicino obedientiæ pede iubentis uocem factis ſequuntur. Et velut uno momento prædicta magiſtri iuſſio & perfecta diſcipuli opera in uelocitate timoris Dei ambæ res communiter citius explicantur, quibus ad vitam æternā gradiendi amor incūbit. Ideo anguſtā viā arripiūt, vnde dn̄s dicit. Anguſta via eſt q̄ ducit ad vitā, vt non ſuo arbitrio viuentes, vel deſiderijs ſuis & voluptatib. obediētes, ſed ambulantes alieno iudicio, & imperio, in cœnobijs degentes, abbatē ſibi

 præeſſe

ſpeſſe deſiderāt. Sine dubio hi tales illam dñi imitātur ſententiā, qua dicit. Non veni facere volūtatem meam, ſed eius qui miſit me. Sed hæc ipſa obediētia tunc acceptabilis erit Deo & dulcis hoībus, ſi quòd iubetur non trepide, non tarde, non tepide, aut cū murmure uel cū reſponſo nolentis efficiatur. Quia obedientia quæ maioribus præbetur Deo exhibetur. Ipſe enim dixit. Qui vos audit me audit. Et cum bono animo à diſcipulis præberi oportet, quia hilarem datorē diligit Deus. Nam cū malo animo ſi obedit diſcipulus: & non ſolum ore, uerum etiā in corde ſi murmurauerit, & ſi impleat iuſſionem, tamen acceptum iā non erit Deo, qui cor reſpiciit murmurātis. Et ꝓ tali facto nullā conſequitur gratiā: immo pœnam murmurātium incurrit: ſi nō cum ſatisfactione ſe emendauerit.

De taciturnitate. *Cap.* VI.

FAciamus quod ait propheta. Dixi cuſtodiam vias meas: vt nō delinquam

in

in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiã. Obmutui & humiliatus sũ, & ſilui à bonis. Hic oſtendit propheta, ſi a bonis eloquijs interdum propter taciturnitatẽ debet taceri: quãto magis à malis verbis ꝓpter pœnam peccati debet ceſſari: Ergo quamuis de bonis & ſanctis & ędificationũ eloquijs perfectis diſcipulis propter taciturnitatis grauitatem rara loquendi concedatur licẽtia, quia ſcriptum eſt: In multiloquio non effugies peccatũ. Et alibi. Mors & vita in manibus linguæ. Nã loqui & docere magiſtrũ cõdecet: tacere & audire diſcipulo cõuenit. Et ideo ſi quã reqrenda sũt priore: cũ omni humilitate & ſubiectione, & reuerentia requirantur, ne videatur plus loqui quã expedit. Scurilitates verò vel verba ocioſa, & riſum mouẽtia, æterna clauſura in omnibus locis damnamus: & ad tale eloquiũ diſcipulum aperire os nõ permittimus.

De humilitate. *Capit VII.*

CLamat nobis ſcriptura diuina fratres dicẽs. Omnis qui ſe exaltat humiliabitur

bitur: & qui ſe humiliat exaltabit. Cum hæc ergo dicit, oſtendit nobis, oẽm exaltationem genus eſſe ſuperbiæ. Qđ ſe cauere Propheta indicat, dicens. Dñe non eſt exaltatum cor meum, neq; elati ſunt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis, neque in mirabilib. ſuper me. Sed quid? Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui aĩam meã. Sicut ablactatus ſuper matrẽ ſuam: ita retribues in aĩam meam. Vnde fratres ſi ſummæ humilitatis culmẽ volumus attingere: & ad exaltationem illã cœleſtem, ad q̃ per præſentis vitæ humilitatem aſcenditur, volumus velociter ꝑuenire, actibus noſtris aſcendentibus ſcala illa erigenda eſt, q̃ in ſomno Iacob apparuit, per quam ei deſcendentes Angeli & aſcendẽtes monſtrabantur: Nõ aliud ſine dubio deſcenſus ille, & aſcenſus a nobis intelligitur, niſi exaltatione deſcendere: & humilitate aſcendere. Scala vero ipſa erecta, noſtra eſt vita in ſæculo, q̃ humiliato corde a dño erigitur ad cęlũ. Latera. n. eiuſdem ſcalę dicimus noſtrũ eſſe

corpus

corpus & animam, in quibus diuerſos gradus humilitatis diſciplinæ vocatio diuina aſcen dendos inſeruit.

Gradus primus humilitatis.

PRimus itaque gradus humilitatis eſt ſi timorem Dei ſibi ante oculos ſemper ponens, obliuionem omnino fugiat. Et ſemper ſit memor omniũ quę pręcepit Deus. Et qualiter contemnẽtes Deũ, in gehennã pro peccatis incidunt. Et vitam ęternam, quę timentibus Deum pręparata eſt animo ſuo sẽper reuoluat. Et cuſtodiens ſe omni hora à peccatis & vicijs ideſt cogitationum, linguę, oculorũ, manuum, pedum, vel uolũtatis proprię: ſed & deſideria carnis amputare feſtinet. Exiſtimet ſe homo de cœlis à Deo ſemp reſpici omni hora, & facta ſua ĩ omni loco ab aſpectu diuinitatis videri, & ab Angelis omni hora Deo nunciari. Demonſtrat uobis hoc propheta: Cum in cogitationibus noſtris ita Deũ ſemper præſentem oſtendit dicẽs. Scrutans corda & re-

nes

nes Deus. Et item. Dominus nouit cogi tationes, hominũ, qm̃ vanæ ſunt. Et idẽ dicit. Intellexiſti cogitationes meas alon ge. Et quia cogitatio hominis confitebit̃ tibi. Nã vt ſollicit⁹ ſit circa cogitationes. ſuas peruerſas, dicat ſp humilisfrater in corde ſuo. Tunc ero immaculatus corã eo, ſi obſeruauero me ab iniquitate mea. Voluntatẽ vero propriã ita facere prohi bemur, cũ dicit ſcriptura nobis. Et a uo lũtatib. tuis auertere. Et itẽ, rogam⁹ Deũ in orõne, vt fiat illius voluntas in nobis.

DOcemur ergo merito noſtram nõ fa cere voluntatẽ, cum cauemus illud ꝙ dicit ſcriptura. Sunt uiæ quæ vidẽtur hominibus rectę, quarum finis vſq; ad profundum inferni demergit. Et cũ ca nemus illud, ꝙ de negligẽtibus dictum eſt. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in voluptatib. ſuis. In deſiderijs ve ro carnis ita nobis Deũ credamus ſem per eſſe præſentem: cũ dicit propheta do mino. Ante te oẽ deſiderium meum. Ca uendũ ergo eſt ideo malum deſiderium

quia mors ſecus introitum delectationis poſita eſt. Vnde ſcriptura pręcipit, dicēs: Poſt concupiſcentias tuas non eas. Ergò ſi oculi Domini ſpeculātur bonos & malos, & Dn̄s de cœlo ſp reſpicit ſuper filios hoīnū, vt videat ſi eſt intelligēs, aut requirens Deū, & ab Angelis deputatis nobis quotidie die noctuq; Dn̄o factori noſtro, opera noſtra nuncient, cauendū eſt oī hora fratres (ſicut dicit in Pſalmo Propheta) ne nos declinātes in malū, & inutiles factos, aliqua hora aſpiciat De⁹, & parcēdo nobis ī hoc tpe, quia pius eſt: & expectat nos cōuerti in melius, ne dicat nobis in futuro. Hæc feciſti & tacui.

SEcundus humilitatis gradus eſt, ſi ꝓpriā quis non amans voluntatem, deſideria ſua non delectet implere: ſed vocem illam Domini imitetur dicētis. Nō veni facere volūtatem meam, ſed eius q̄ me miſit. Item dicit ſcriptura. Volūtas habet pęnam, & neceſſitas parit coronā.

TErtius humilitatis gradus eſt, vt quis pro Dei amore omnis obedientia

tia ſe ſubdat maiori, imitans Dominum de quo dicit Apoſtolus: factus obediens vſque ad mortem.

QVartus humilitatis gradus eſt, ſi in ipſa obediētia duris & cōtrarijs rebus vel ēt quibuslibet irrogatis iniurijs tacita cōſciētia patientiam amplectat̃, & ſuſtinens non laſſeſcat vel diſcedat, dicente ſcriptura. Qui perſeuerauerit vſq; in finē, hic ſaluus erit. Itē. Cōfortet̃ cor tuū, & ſuſtine dn̄m. Et oſtendens fidelē pro dn̄o vniuerſa ēt contraria ſuſtinere dēre: dicit ex pſōna ſufferentiū. Propter te morte afficimur tota die: æſtimati ſūmus ſicut oues occiſionis. Et ſecuri de ſpe retributionis diuinæ, ſubſequūt̃ gaudētes & dicentes: ſed in his oībus ſuperamus pp eū qui dilexit nos. Et itē alio locō ſcriptura, Probaſti nos (inquit) Deus: igne nos examinaſti, ſicut examinat̃ argentū. Induxiſti nos in laqueū, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro. Et vt oſtēdat ſub priore dēre nos eſſe, ſubſeqt̃ dicēs. Impoſuiſti hoīes ſup capita noſtra.

Sed & præceptum dñi in aduerſis,& iniurijs per patientiam adimplentes, percuſſi in maxillam præbent & aliam: auferenti tunicam dimittunt & palliū: angariati mille paſſus vadunt, & duo milliaria,& cum Paulo Apoſtolo falſos fratres ſuſtinent,& perſecutiones ſuſtinent, & maledicentes ſe benedicunt.

QVint⁹ humilitatis gradus eſt, ſi oēs cogitationes malas cordi ſuo aduenientes vel mala a ſe abſcondite cō miſſa per humilem cōfeſſionem abbati non celauerit ſuo. Hortat̃ nos de hac re ſcriptura dicens. Reuela dño viã tuã,& ſpera in eo. Et idem dicit. Confitemini dño,quoniam bonus: qm̃ in ſęculum miſericordia eius. Et idem propheta. Delictum meum cognitum tibi feci,& iniuſtitias meas nō operui. Dixi pronunciabo aduersū me iniuſtitias meas domino & tu remiſiſti impietatem cordis mei.

SExtus humilitatis gradus eſt, ſi oī vilitate vel extremitate cōtentus ſit monachus,& ad omnia quę ſibi iniungunt̃,

velut,

velut operarium ſe malũ iudicet & indignum, dicens cum propheta. Ad nihilũ redatus ſum apud te, & ego ſemper tecũ.

SEptimus humilitatis gradus eſt: ſi omnibus ſe inferiorem, & viliorem non ſolum ſua lingua pronunciet, ſed etiam intimo cordis credat affectu, humilians ſe & dicens cum propheta. Ego autem ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Exaltatus ſum & humiliatus, & confuſus. Et itẽ Bonum mihi quod humiliaſti me, vt diſcam mandata tua.

OCtauus humilitatis gradus eſt, ſi nihil agat monachus niſi quod cõmunis monaſterij regula vel maiorũ cohortantur exempla.

NOnus humilitatis gradus eſt, ſi linguam ad loquendũ prohibeat monachus, & taciturnitatem habens, vſq; ad interrogationem nõ loquat͂, monſtrãte ſcriptura, quia in multiloquio non effugietur peccatum, & quod uir linguoſus non dirigetur ſuper terram.

DEcimus humilitatis gradus eſt, ſi nõ ſit facilis ac promptus in riſu. Quia ſcriptum eſt. Stultus in riſu exaltat vocem ſuam.

VNdecimus humilitatis gradus eſt, ſi cũ loquitur monachus, leniter & ſine riſu, humiliter cũ grauitate, vel pauca verba & rationabilia loquatur, & non ſit clamoſus in uoce, ſicut ſcriptũ eſt. Sapiens verbis innoteſcit paucis.

DVodecimus humilitatis gradus eſt, ſi nõ ſolum corde monachus ſed ét corpore humilitatem videntibus ſe, ſemper indicet, ideſt in opere, in monaſterio, in oratorio, in horto, in via, in agro, vel ubicunque ſedens, ambulans, vel ſtãs, inclinato ſit ſemper capite, defixis in terrã aſpectibus, reum ſe oĩ horra de peccatis ſui exiſtimans, iam ſe tremendo iudicio Dei pręſentari exiſtimet, dicens ſibi ſemper illud quod publicanus ille Euangelicus fixis in terram oculis dixit. Domine non ſum dignus ego peccator leuare oculos meos ad cœlum. Et iterum cũ

propheta. Incuruatus ſum, & humiliatus ſum uſquequaq;. Ergo his omnibus humilitatis gradib. aſcenſis, monachus mox ad charitatem Dei perueniet, illam, quæ perfecta, foras mittit timorem, per quam vniuerſa quę prius non ſine formidine obſeruabat: abſq; vllo labore velut naturaliter ex conſuetudine incipiet cuſtodire, nó iam timore gehénæ, ſed amore Chriſti, & conſuetudine ipſa bona, & delectatione virtutum, quæ Dñs iam in operarium ſuum mũdum a vitijs & peccatis ſpũ ſancto dignabitur demóſtrare.

De Officijs diuinis in noctibus.

Cap. VIII.

HYemis tpe: ideſt a Calendis Nouẽbris uſque ad Paſca, iuxta conſideratioñe rationis, octaua hora noctis ſurgendum eſt, ut modico amplius de media nocte pauſet: & iam digeſti ſurgant. Quod uero reſtat poſt vigilias, a fratrib. qui pſalterij vel lectionum aliquid indigent, meditationi inſeruiat. A Paſca autẽ vſque ad ſupradictas Calendas Nouem-

bris, ſic temperetur hora vigiliarum agẽda: ut paruiſſimo interuallo quo fratres ad neceſſaria naturæ exeant, cuſtodito: mox matutini, qui incipiente luce agendi ſunt, ſubſequantur.

Quot pſalmi dicendi ſunt in nocturnis horis Cap. IX.

HYemis tempore præmiſſo in primis verſu. Deus in adiutorium meũ intende: Domine ad adiuuandum me feſtina in ſecundo ter dicendum eſt Dñe labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. Cui ſubiungendus eſt tertius pſalmus, & gloria. Poſt hũc pſalmus nonageſimus, quartus cũ antiphona aut certe decantãdus. Inde ſequať Ambroſianũ canticũ. Deinde ſex pſalmi cũ antiphonis. Quib. dictis & dicto verſu: benedicat Abbas. Et ſedentib. oĩbus in ſcamnis, legant viciſſim a fratrib. in codice ſuper analogiũ tres lectiones: inter quas tria reſpõſoria canantur: duo reſpõſoria ſine gloria dicantur. Poſt tertiã vero

rò lectionem, qui cantat, dicat gloria. Quod cū incipit cantor dicere, mox oēs de ſedilibus ſurgant ab honorem & reuerentiam ſanctæ Trinitatis. Codices aūt legantur in uigilijs diuinæ auctoritatis tam ueteris teſtamenti quam noui, ſed & expoſitiones earum, quæ a nominatiſſimis, & orthodoxis catholicisq; patrib. factæ ſunt. Poſt has uero tres lectiones cū rñſorijs ſuis ſequātur reliqui ſex pſalmi cum alleluia canendi. Poſt hos lectio Apoſtoli ſequatur, ex corde recitanda, & verſus, & ſupplicatio letaniæ, ideſt Kyrie eleiſon, & ſic finiant vigilię nocturnę.

Qualiter æſtatis tempore nocturna laus agatur. Cap. X.

A Paſcha autem uſq; ad Calendas Nouembris oīs ut ſupra dictū eſt pſalmodię quantitas teneatur, excepto quòd lectiones in codice propter breuitatem noctium minimè legantur, ſed pro ipſis tribus lectionibas una de ueteri teſtamēto memoriter dicatur, quam breue reſponſo-

ſponſorium ſubſequatur, & reliqua omnia ut ſupra dictum eſt impleantur, ideſt ut nũquam minus a duodecim pſalmorum quantitate ad uigilias noctũnas dicatur exceptis tertio, & nonageſimoquarto pſalmo.

Qualiter Dominicis diebus, vigiliæ agantur. Cap. XI.

DOminico die temporius ſurgatur ad uigilias in quib. vigilijs teneatur hæc menſura, ideſt modulatis ut ſupra diſpoſuimus, ſex pſalmis, & dicto uerſu reſidẽtibus cũctis diſpoſitę, & per ordinem in ſubſellijs, legantur in codice (ut ſupra diximus) quatuor lectiones cum reſponſorijs ſuis ubi tantum in reſponſorio quarto dicatur a cantante, gloria. Quam cum incipit, mox oẽs cum reuerentia ſurgant. Poſt quas lectiones ſequantur ex ordine alij ſex pſalmi cum antiphonis ſicut anteriores & uerſus, poſt quas iterum legãtur alię quatuor lectiones cum reſponſorijs ſuis ordine quo ſupra. Poſt quas iterum dicantur tria cantica de prophetis,

quæ inſtituerit abbas, quæ cantica cum alleluia pſallantur. Dicto ẽt uerſu & benedicente abbate, legantur aliæ quatuor lectiones de nouo teſtamẽto ordine quo ſupra. Poſt quartum uero reſponſorium incipiat abbas hymnum. Te Deum laudamus. Quo dicto, legat abbas lectionẽ de euangelio cum honore & tremore ſtã tibus omnib. Qua perlecta reſpondeant oẽs. Amen. Et ſubſequatur mox abbas. Hymnus. Te decet laus. Et data benedictione, incipiant matutinos. Qui ordo uigiliarum oĩ tpe tam æſtatis quam hyemis æqualiter die Dominico teneatur, niſi forte (quod abſit) tardius ſurgatur, quia tunc aliquid de lectionibus breuiandum eſt, aut reſponſorijs, quod tamẽ omnino caueatur ne eueniat. Quod ſi contigerit, digne inde ſatisfaciat in oratorio, per cuius euenerit neglectum.

Quomodò matutinorum ſolennitas agatur. Cap. XII.

IN matutinis dominico die, in primis dicatur lxvj. pſalmus ſine añ. in directum.

rectum. Poſt quem dicatur quinquageſi mus pſalmus cũ alleluia. Poſt quem dicatur cxvij. & lxij. deinde benedictiones & laudes: lectio de Apocalipſi una ex corde, & reſponſorium, & Ambroſianum, & uerſus, & canticum de euangelio, letaniæ, & completum eſt.

Qualiter priuatis diebus matutini agantur. Cap. XIII.

Diebus aũt priuatis matutinorum ſolẽnitas ita agatur, ideſt 66. Pſalmus dicat̃ ſine antiphona, in directum ſubtrahendo modice ſicut dominica: ut oẽs occurrãt ad qnquageſimũ, qui cũ antiphona dicat̃. Poſt quem alij duo pſalmi dicãtur ſedum conſuetudinem. i. Sc̃da feria, v. & xxxv. Tertia feria, xlij. & lvj. Quarta feria, lxiij. & lxiiij. Quinta feria, octogeſimus nonus. Sexta feria, ſeptuageſimus quintus, & nonageſimus primus. Sabbato ãt centeſimus quadrageſimus ſcd̃us: & cãticũ Deuteronomii: ꝙ diuidat̃ in duas glorias. Nã cęteris canticũ unũquod-

quodq; die ſuo ex prophetis ſicut pſallit eccleſia Romana, dicat. Poſt hæc ſequãt laudes: deinde lectio vna Apoſtoli memoriter recitanda. Reſponſorium Ambroſianum: verſus: canticum de euangelio, letania: & cõpletum eſt. Plane agenda matutina vel veſpertina non tranſeat aliqñ, niſi in vltimo per ordinem oratio dominica omnibus audientibus dicatur a priore propter ſcandalorũ ſpinas quæ oriri ſolent, vt cõuenti per ipſius orationis ſponſionem qua dicunt: dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, purgent ſe ab hmõdi vitio. Cæteris vero agendis vltima pars eius orationis dicatur vt ab omnib. reſpõdeatur, ſed libera nos a malo.

In natalitijs ſanctorum qualiter vigiliæ agantur. *Cap.* XIIII.

IN ſanctorũ verò feſtiuitatibus vel omnibus ſolẽnitatibus, ſicut diximus Dominico die agendum, ita agat. Excepto ꝙ Pſalmi aut Antiphonæ, vel Lectiones

ad ipſum diem pertinentes, dicātur: modus autem ſupradictus teneatur.

Alleluia quibus temporibus dicatur. Capitulum XV.

A Sācto Paſcha vſq; ad Pētecoſten ſine intermiſſione dicatur alleluia, tā in Pſalmis, quā in Reſponſoris. A Pentecoſte autem vſq; ad caput Quadrageſimæ omnibus noctibus cum ſex poſterioribus Pſalmis tantum ad Nocturnos dicat̃. Omni verò Dominici extra Quadrageſimam Cantica, Matutini, prima, tertia, ſexta, nonaq; cum alleluia dicantur. Veſpera verò cum Antiphonis. Reſponſoria verò nunquam dicantur cum alleluia, niſi à Paſcha vſq; ad Pētecoſtē.

Qualiter diuina opera per diem agantur. Cap. XVI.

SEpties in die (ait Propheta) laudē dixi tibi. Qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic implebit̃, ſi Matutini, Pri-

mæ,

mæ, Tertiæ, Sextę, Nonæ, Veſperi, Completorijq; tēpore, noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus, quia de his horis dixit Propheta. Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis vigilijs idem ipſe Propheta ait. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Ergo his temporibus referamus laudes creatori noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ, ideſt Matutinis, prima, tertia, ſexta, nona, Veſpera, Cōpletorio, & nocte ſurgamus ad confitendū ei.

Quot Pſalmi per eaſdem horas dicendi ſint. Cap. XVII.

IAm de Nocturnis vel Matutinis digeſſimus ordinem Pſalmodiæ: nunc de ſequētibus horis videamus. Prima hora dicantur Pſalmi tres ſigillatim & nō ſub vna Gloria, hymnus eiuſdem horę poſt verſum, Deus in adiutorium meū intende: Domine ad adiuuandum me feſtina antequam pſalmi incipiātur. Poſt expletionē uerò triū pſalmorū recitet Lectio vna, Verſus, & Kyrie ele. & Miſſæ ſint.

Ter-

Tertia verò, ſexta, nona, eodē ordine celebretur, ideſt Verſus, hymni earūdē horarum: terni pſalmi, lectio, & verſus Kyrie eleiſ. & Miſſæ ſint. Si maior cōgregatio fuerit, cum antiphonis: ſi verò minor indirectum pſallant. Veſpertina autem ſynaxis quatuor pſalmis cū antiphonis terminet: poſt quos pſalmos lectio recitanda eſt: inde reſpōſoriū Ambroſianū, Verſus, Canticum de Euangelio, Lætania, & Oratio Dominic. & fiant Miſſæ. Completorium āt trium pſalmorum dictione terminetur. Qui pſalmi directanei ſine Antiphona dicēdi sūt, poſt quos Hymnus eiuſdē Horę: Lectio vna, Verſus Kyrie ele. & benedictio, & Miſſę fiāt.

Quo ordine ipſi Pſalmi dicendi ſunt. Capitulum XVIII.

IN primis ſemper Diurnis horis dicat verſus. Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandū me feſtina, & gloria. Inde hymnus vniuſcuiuſq; horæ. Deinde prima hora Dominica dicenda

cenda quatuor capitula pſalmi centeſimi octauidecimi. Reliqui verò horis, i. tertia, ſexta, & nona: terna capitula ſupradicti pſalmi centeſimi octauidecimi dicant. Ad primā āt ſecundæ feriæ, dicā tur tres pſalmi, ideſt primus, ſecūdus, & ſextus, & ita per ſingulos dies ad primā vſq; ad Dominicam dicantur per ordinem terni pſalmi vſq; ad nonū, decimū pſalmū; ita ſanè, vt nonus pſalmus, & ſeptimusdecim⁹ partiāt in binas glorias, & ſic fiat, vt ad vigilias Dominica ſemper à vigeſimo incipiat. Ad tertiā verò, ſextam, & nonam ſecundę ferię, nouem capitula quę reſidua ſunt de centeſimo octauo decimo pſalmo: ipſa terna capitula ꝑ eaſdē horas dicant. Expenſo ergo pſalmo centeſimo octauo decimo duobus dieb. ideſt dominico, & ſecūda feria, tertia feria, iā ad tertiam, ſextā, vel nonā pſallāt terni pſalmi à cēteſimo nonodecimo vſq; ad centeſimū vigeſimū ſeptimū, i. pſalmi nouē. Quiq; pſalmi ſp. vſque ad Dominicā ꝑ eaſdē horas itidem

ni, uers⁹ vel cãtica, ſicut ſupra taxauim⁹, impleant. Ad cópletoriũ vero quotidie idẽ pſalmi repetant, ideſt quartus nonageſimus & cẽteſimus trigeſimus tertius.

DIſpoſitio ordine pſalmodię diurnæ, reliqui omnes pſalmi qui ſup ſunt æqualiter diuidãtur in ſeptem noctiũ vigilias partiendo ſcilicet qui inter eos prolixiores ſunt pſalmi: & duodecim p vnã quamque cõſtituãtur noctem. Hoc præcipue commonentes, vt ſi cui forte hæc diſtributio pſalmorum diſplicuerit: ordinet ſi melius aliter iudicauerit: dummodo omnimodis id attendatur: vt omni hebdomada pſalteriũ integro numero centum quinquaginta pſalmorũ pſallatur, & dominico die ſemper a capite repetatur ad vigilias. Quia nimis iners deuotionis ſuæ ſeruitium oſtẽdit monachi qui minus pſalterio cum canticis cõſuetudinarijs per ſeptimanæ circulum pſallunt: cũ legamus, ſanctos patres noſtros vno die hoc ſtrenuè impleſſe: ꝙ nos tepidi vtinã ſeptimana integra pſoluamus.

DEcimus humilitatis gradus eſt, ſi nõ ſit facilis ac promptus in riſu. Quia ſcriptum eſt. Stultus in riſu exaltat vocem ſuam.

VNdecimus humilitatis gradus eſt, ſi cũ loquitur monachus, leniter & ſine riſu, humiliter cũ grauitate, vel pauca verba & rationabilia loquatur, & non ſit clamoſus in uoce, ſicut ſcriptũ eſt. Sapiens verbis innoteſcit paucis.

DVodecimus humilitatis gradus eſt, ſi nõ ſolum corde monachus ſed ẽt corpore humilitatem videntibus ſe, ſemper indicet, ideſt in opere, in monaſterio, in oratorio, in horto, in via, in agro, vel ubicunque ſedens, ambulans, vel ſtãs, inclinato ſit ſemper capite, defixis in terrã aſpectibus, reum ſe oĩ horra de peccatis ſui exiſtimans, iam ſe tremendo iudicio Dei pręſentari exiſtimet, dicens ſibi ſemper illud quod publicanus ille Euangelicus fixis in terram oculis dixit. Domine non ſum dignus ego peccator leuare oculos meos ad cœlum. Et iterum cũ

propheta

propheta. Incuruatus ſum, & humiliatus ſum uſquequaq;. Ergo his omnibus humilitatis gradib. aſcenſis, monachus mox ad charitatem Dei perueniet, illam, quæ perfecta, foras mittit timorem, per quam vniuerſa quę prius non ſine formi dine obſeruabat: abſq; vllo labore velut naturaliter ex conſuetudine incipiet cuſtodire, nõ iam timore gehẽnæ, ſed amore Chriſti, & conſuetudine ipſa bona, & delectatione virtutum, quæ Dñs iam in operarium ſuum mũdum a vitijs & peccatis ſpũ ſancto dignabitur demõſtrare.

De Officijs diuinis in noctibus.

Cap. VIII.

HYemis tpe: ideſt a Calendis Nouẽbris uſque ad Paſca, iuxta conſiderationẽ rationis, octaua hora noctis ſurgendum eſt, ut modico amplius de media nocte pauſet: & iam digeſti ſurgant. Quod uero reſtat poſt vigilias, a fratrib. qui pſalterij vel lectionum aliquid indigent, meditationi inſeruiat. A Paſca autẽ vſque ad ſupradictas Calendas Nouem-

bris, ſic temperetur hora vigiliarum agẽda: ut paruiſſimo interuallo quo fratres ad neceſſaria naturæ exeant, cuſtodito: mox matutini, qui incipiente luce agendi ſunt, ſubſequantur.

Quot pſalmi dicendi ſunt in nocturnis horis Cap. IX.

HYemis tempore pręmiſſo in primis verſu. Deus in adiutorium meũ intende: Domine ad adiuuandum me feſtina in ſecundo ter dicendum eſt Dñe labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. Cui ſubiungendus eſt tertius pſalmus, & gloria. Poſt hũc pſalmus nonageſimus, quartus cũ antiphona aut certe decantãdus. Inde ſequatr Ambroſianũ canticũ. Deinde ſex pſalmi cũ antiphonis. Quib. dictis & dicto verſu: benedicat Abbas. Et ſedentib. oĩbus in ſcamnis, legant viciſſim a fratrib. in codice ſuper analogiũ tres lectiones: inter quas tria reſpõſoria canantur: duo reſpõſoria ſine gloria dicantur. Poſt tertiã ve-

rò lectionem, qui cantat, dicat gloria. Quod cũ incipit cantor dicere, mox oēs de ſedilibus ſurgant ab honorem & reuerentiam ſanctæ Trinitatis. Codices aũt legantur in uigilijs diuinæ auctoritatis tam ueteris teſtamenti quam noui, ſed & expoſitiones earum, quæ a nominatiſſimis, & orthodoxis catholicisq; patrib. factæ ſunt. Poſt has uero tres lectiones cũ rñſorijs ſuis ſequãtur reliqui ſex pſalmi cum alleluia canendi. Poſt hos lectio Apoſtoli ſequatur, ex corde recitanda, & verſus, & ſupplicatio letaniæ, ideſt Kyrie eleiſon, & ſic finiant vigilię nocturnę.

Qualiter æſtatis tempore nocturna laus agatur. Cap. X.

A Paſcha autem uſq; ad Calendas Nouembris oĩs ut ſupra dictũ eſt pſalmo die quantitas teneatur, excepto quòd lectiones in codice propter breuitatem noctium minimè legantur, ſed pro ipſis tribus lectionibus una de ueteri teſtamẽto memoriter dicatur, quam breue re-

ſponſorium ſubſequatur, & reliqua omnia ut ſupra dictum eſt impleantur, ideſt ut nũquam minus a duodecim pſalmorum quantitate ad uigilias nocturnas dicatur exceptis tertio, & nonageſimoquarto pſalmo.

Qualiter Dominicis diebus, vigilia agantur. *Cap. XI.*

DOminico die temporius ſurgatur ad uigilias in quib. vigilijs teneatur hæc menſura, ideſt modulatis ut ſupra diſpoſuimus, ſex pſalmis, & dicto uerſu reſidẽtibus cũctis diſpoſitę, & per ordinem in ſubſellijs, legantur in codice (ut ſupra diximus) quatuor lectiones cum reſponſorijs ſuis ubi tantum in reſponſorio quarto dicatur a cantante, gloria. Quam cum incipit, mox oẽs cum reuerentia ſurgant. Poſt quas lectiones ſequantur ex ordine alij ſex pſalmi cum antiphonis ſicut anteriores & uerſus, poſt quas iterum legãtur alię quatuor lectiones cum reſponſorijs ſuis ordine quo ſupra. Poſt quas iterum dicantur tria cantica de prophetis,

quæ inſtituerit abbas, quæ cantica cum alleluia pſallantur. Dicto ẽt uerſu & benedicente abbate, legantur aliæ quatuor lectiones de nouo teſtamẽto ordine quo ſupra. Poſt quartum uero reſponſorium incipiat abbas hymnum. Te Deum laudamus. Quo dicto, legat abbas lectionẽ de euangelio cum honore & tremore ſtãtibus omnib. Qua perlecta reſpondeant oẽs. Amen. Et ſubſequatur mox abbas. Hymnus. Te decet laus. Et data benedictione, incipiant matutinos. Qui ordo uigiliarum oĩ tpe tam æſtatis quam hyemis æqualiter die Dominico teneatur, niſi forte (quod abſit) tardius ſurgatur, quia tunc aliquid de lectionibus breuiandum eſt, aut reſponſorijs, quod tamẽ omnino caueatur ne eueniat. Quod ſi contigerit, digne inde ſatisfaciat in oratorio, per cuius euenerit neglectum.

Quomodo matutinorum ſolennitas agatur. Cap. XII.

IN matutinis dominico die, in primis dicatur lxvj. pſalmus ſine añа. in directum.

rectum. Poſt quem dicatur quinquageſimus pſalmus cũ alleluia. Poſt quem dicatur cxvij. & lxij. deinde benedictiones & laudes: lectio de Apocalipſi una ex corde, & reſponſorium, & Ambroſianum, & uerſus, & canticum de euangelio, letaniæ, & completum eſt.

Qualiter priuatis diebus matutini agantur. Cap. XIII.

DIebus aũt priuatis matutinorum ſolẽnitas ita agatur, ideſt 66. Pſalmus dicat̃ ſine antiphona, in directum ſubtrahendo modice ſicut dominica: ut oẽs occurrãt ad qnquageſimũ, qui cũ antiphona dicat̃. Poſt quem alij duo pſalmi dicãtur ſcđum conſuetudinem. i. Scđa feria, v. & xxxv. Tertia feria, xlij. & lvj. Quarta feria, lxiij. & lxiiij. Quinta feria, octogeſimus nonus. Sexta feria, ſeptuageſimus quintus, & nonageſimus primus. Sabbato ãt centeſimus quadrageſimus ſcđus: & cãticũ Deuteronomii; q̃ diuidat̃ in duas glorias. Nã cęteris canticũ unũquod-

quodq; die ſuo ex prophetis ſicut pſallit ecclesia Romana, dicaẽ. Poſt hæc ſequãẽ laudes: deinde lectio vna Apoſtoli memoriter recitanda. Reſponſorium Ambroſianum: verſus: canticum de euangelio, letania: & cõpletum eſt. Plane agenda matutina vel veſpertina non tranſeat aliqñ, niſi in vltimo per ordinem oratio dominica omnibus audientibus dicatur a priore propter ſcandalorũ ſpinas quæ oriri ſolent, vt cõuenti per ipſius orationis ſponſionem qua dicunt: dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, purgent ſe ab hmõdi vitio. Cæteris vero agendis vltima pars eius orationis dicatur vt ab omnib. reſpõdeatur, ſed libera nos a malo.

In natalitijs ſanctorum qualiter vigiliæ agantur. Cap. XIIII.

IN ſanctorũ verò feſtiuitatibus vel omnibus ſolẽnitatibus, ſicut diximus Dominico die agendum, ita agaẽ. Excepto ꝙ Pſalmi aut Antiphonæ, vel Lectiones

ad

ad ipſum diem pertinentes, dicãtur: modus autem ſupradictus teneatur.

Alleluia quibus temporibus dicatur. Capitulum XV.

A Sãcto Paſcha vſq; ad Pẽtecoſten ſine intermiſſione dicatur alleluia, tã in Pſalmis, quã in Reſponſoris. A Pentecoſte autem vſq; ad caput Quadrageſimæ omnibus noctibus cum ſex poſterioribus Pſalmis tantum ad Nocturnos dicat. Omni verò Dominici extra Quadrageſimam Cantica, Matutini, prima, tertia, ſexta, nonaq; cum alleluia dicantur. Veſpera verò cum Antiphontis. Reſponſoria verò nunquam dicantur cum alleluia, niſi à Paſcha vſq; ad Pẽtecoſtẽ.

Qualiter diuina opera per diem agantur. Cap. XVI.

SEpties in die (ait Propheta) laudẽ dixi tibi. Qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic implebit. ſi Matutini, Primæ,

mæ, Tertiæ, Sextę, Nonæ, Veſperi, Completorijq; tēpore, noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus, quia de his horis dixit Propheta. Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis vigilijs idem ipſe Propheta ait. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Ergo his temporibus referamus laudes creatori noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ, ideſt Matutinis, prima, tertia, ſexta, nona, Veſpera, Cópletorio, & nocte ſurgamus ad confitendū ei.

Quot Pſalmi per eaſdem horas dicendi ſint. Cap. XVII.

IAm de Nocturnis vel Matutinis digeſſimus ordinem Pſalmodiæ: nunc de ſequētibus horis videamus. Prima hora dicantur Pſalmi tres ſigillatim & nō ſub vna Gloria, hymnus eiuſdem horę poſt verſum, Deus in adiutorium meū intende: Domine ad adiuuandum me feſtina antequam pſalmi incipiātur. Poſt expletioné uerò triū pſalmorū recitet Lectiō vna, Verſus, & Kyrie ele. & Miſſæ ſint.

Tertia verò, ſexta, nona, eodē ordine celebretur, ideſt Verſus, hymni earūdē horarum: terni pſalmi, lectio, & verſus Kyrie eleiſ. & Miſſæ ſint. Si maior cōgregatio fuerit, cum antiphonis: ſi verò minor indirectum pſallant. Veſpertina autem ſynaxis quatuor pſalmis cū antiphonis terminet: poſt quos pſalmos lectio recitanda eſt: inde reſpōſoriū Ambroſianū, Verſus, Canticum de Euangelio, Lætania, & Oratio Dominic. & fiant Miſſæ. Completorium āt trium. pſalmorum dictione terminetur. Qui pſalmi directanei ſine Antiphona dicēdi sūt, poſt quos Hymnus eiuſdē Horę: Lectio vna, Verſus Kyrie ele. & benedictio, & Miſſę fiāt.

Quo ordine ipſi Pſalmi dicendi ſunt.
Capitulum XVIII.

IN primis ſemper Diurnis horis dicat verſus. Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandū me feſtina, & gloria. Inde hymnus vniuſcuiuſq; horæ. Deinde prima hora Dominica di-

cenda quatuor capitula pſalmi centeſimi octauidecimi. Reliqui verò horis, i. tertia, ſexta, & nona: terna capitula ſupradicti pſalmi centeſimi octauidecimi dicant. Ad primā āt ſecundæ feriæ, dicātur tres pſalmi, ideſt primus, ſecūdus, & ſextus, & ita per ſingulos dies ad primā vſq; ad Dominicam dicantur per ordinem terni pſalmi vſq; ad nonū decimū pſalmū; ita ſanè, vt nonus pſalmus, & ſeptimusdecim⁹ partiāt' in binas glorias, & ſic fiat, vt ad vigilias Dominica ſemper à vigeſimo incipiat. Ad tertiā verò, ſextam, & nonam ſecundę ferię, nouem capitula quę reſidua ſunt de centeſimo octauo decimo pſalmo: ipſa terna capitula ꝑ eaſdē horas dicant'. Expenſo ergo pſalmo centeſimo octauo decimo duobus dieb. ideſt dominico, & ſecūda feria, tertia feria, iā ad tertiam, ſextā, vel nonā pſallāt' terni pſalmi à cēteſimo nonodecimo vſq; ad centeſimū vigeſimū ſeptimū, i. pſalmi nouē. Quiq; pſalmi ſp vſque ad Dominicā ꝑ eaſdē horas itidem

ni, uerſ⁹ vel cãtica, ſicut ſupra taxauim⁹, impleant. Ad cõpletoriũ vero quotidie idẽ pſalmi repetant, ideſt quartus nonageſimus & cẽteſimus trigeſimus tertius.

DIſpoſitio ordine pſalmodię diurnæ, reliqui omnes pſalmi qui ſup ſunt æqualiter diuidãtur in ſeptem noctiũ vigilias partiendo ſcilicet qui inter eos prolixiores ſunt pſalmi: & duodecim p vnã quamque cõſtituãtur noctem. Hoc præcipue commonentes, vt ſi cui forte hæc diſtributio pſalmorum diſplicuerit: ordinet ſi melius aliter iudicauerit: dummodo omnimodis id attendatur: vt omni hebdomada pſalteriũ integro numero centum quinquaginta pſalmorũ pſallatur, & dominico die ſemper a capite repetatur ad vigilias. Quia nimis iners deuotionis ſuæ ſeruitium oſtẽdit monachi qui minus pſalterio cum canticis cõſuetudinarijs per ſeptimanæ circulum pſallunt: cũ legamus, ſanctos patres noſtros vno die hoc ſtrenuè impleſſe: ꝙ nos tepidi vtinã ſeptimana integra pſoluamus.

De diſciplina pſallendi. Cap. XIX.

VBique credimus diuinam eſſe præſentiam: & oculos Domini in omni loco ſpeculari bonos, & malos. Maxime tamen hoc ſine aliqua dubitatione credimus, cũ ad opus diuinum aſſiſtimus. Ideo ſemper memores ſimus ꝙ ait propheta. Seruite dñõ in timore, & iterum. Pſallite ſapienter, & in conſpectu Angelorũ pſallã tibi. Ergo cõſideremus qualiter oporteat nos in conſpectu diuinitatis & Angelorũ eſſe: & ſic ſtemus ad pſallẽdũ, vt mens noſtra cõcordet voci noſtrę.

De reuerentia orationis. Cap. XX.

SI cum hominib⁹ potẽtibus volumus aliqua ſuggerere, nõ præſumimus niſi cum humilitate & reuerentia: quanto magis Domino Deo vniuerſorum cum omni humilitate & puritatis deuotione ſupplicandũ eſt. Et non in multiloquio ſed in puritate cordis, & cõpunctione lachrymarũ nos exaudiri ſciam⁹. Et ideo

breuis debet eſſe & pura oratio, niſi forte ex affecto inſpirationis diuinæ gratiæ protendatur. In conuentu tamen omnino breuietur oratio, & facto ſigno a priore, omnes pariter ſurgant.

De decanis monaſterij. *Cap.* XXI.

SI maior fuerit congregatio, eligantur de ipſis fratres boni teſtimonij & ſanctæ conuerſationis: & conſtituantur decani ſollicitudinẽ gerant ſuper decanias ſuas in omnibus ſecundum mandata Dei, & præcepta abbatis ſui. Qui decani tales eligantur, in quibus ſecurus abbas partiatur onera ſua. Et nõ eligantur per ordinem; ſed ſecundum vitæ meritum & ſapientiæ doctrinam. Quod ſi quis ex eis aliqua forte inflatus ſuperbia repertus fuerit reprehenſibilis, correptus ſemel & iterum & tertio, ſi ſe emendare noluerit, deijciatur, & alter in locũ eius qui dignus ſit ſubrogetur. Et de præpoſito eadem conſtituimus.

De excommunicatione culparum. *Capitulum* XXIII.

SI quis frater contumax, aut inobediẽs aut ſuperbus, aut murmurans, vel in aliquo cõtrarins exiſtens ſanctę regulę, & præceptis ſeniorum ſuorum, contemptor repertus fuerit, hic ſecundum Domini noſtri præceptum admoneatur ſemel: & ſecũdò ſecretè à ſenioribus ſuis, ſi non ſe emendauerit, obiurgetur publicè coram omnibus: ſi vero neq; ſic ſe correxerit: ſi intelligit qualis pęna ſit excõmunicationi ſubiaceat. Si autem improbus eſt vindictæ corporali ſubdatur.

Qualis debeat eſſe modus excommunicationis. *Cap.* XXIV.

SEcundum modum culpæ excõmunicationis uel diſciplinæ debet extendi menſura. Qui culparũ modus de Abbatis pendeat iudicio. Si quis tamen frater in leuiorib, culpis inuenitur, tantum à

menſæ participatione priuetur, Priuatus autem a menſæ conſortio, iſta erit ratio, vt in oratorio pſalmum, aut antiphonã non intonet, neque lectionem recitet vſque ad ſatisfactionem. Refectionem autem cibi poſt fratrum refectionem ſolus accipiat menſura vel hora qua prouiderit Abbas ei competere, ut ſi uerbi gratia fratres reficiunt ſexta hora, ille frater nona, ſi fratres nona, ille veſpertina, vſque dum ſatisfactione congrua veniam conſequatur.

De grauioribus culpis. *Cap.* X X V.

IS aũt frater qui grauioris culpæ noxa tenetur: ſuſpendatur a menſa ſimul & ab oratorio: nullus ei fratrum in vllo iungatur conſortio neque in colloquio. Solus ſit ad opus ſibi iniunctum, perſiſtens in pœnitentiæ luctu, ſciens illam terribilem Apoſtoli ſñiam dicentis. Traditum huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Cibi autem refectionem ſolus percipiat, menſura uel hora qua prouide

rit ei Abbas competere, nec a quoquam benedicatur tranſeunte, nec cibus qui ei datur.

De his qui ſine iuſſione Abbatis iunguntur excommunicatis. Cap. XXVI.

SI quis frater præſumpſerit ſine iuſſione Abbatis fratri excōmunicato quolibet modo ſe iungere, aut loqui cum eo, uel mandatum ei dirigere, ſimilem ſortiatur excommunicationis vindictam.

Qualiter debeat Abbas ſolicitus eſſe circa excommunicatos. Cap. XXVII.

OMni ſolicitudine curam gerat Abbas circa delinquentes fratres, quia non eſt opus ſanis medico, ſed male habentibus. Et ideo uti debet omni modo ut ſapiens medicus, immittere quaſi occultos conſulatores ſenipetas, ideſt ſeniores ſapientes fratres, qui quaſi ſecretè conſolentur fratrem fluctuantem, & prouocent eum ad humilitatis ſatisfactionem.

tus, nõ ſe emendauerit, acrior ei accedat correptio, ideſt ut verberum vindicta in eum procedat. Quod ſi nec ita correxerit aut fortè (qđ abſit) in ſuperbiam elatus, etiam defendere voluerit opera ſua, tũc Abbas faciat quod ſapiens medicus. Si exhibuit fomenta, ſi unguenta adhortationum, ſi medicamina ſcripturarum diuinarũm, ſi ad ultimum vſtionem excõicationis, uel plagas uirgarum, & ſi ui deri, nihil ſuam præualere induſtriam, adhibeat etiã, quod minus eſt, ſuam & oĩum fratrũm pro eo orationem, ut dñs qui omnia poteſt, operetur ſalutem circa infirmum fratrem. Quod ſi nec iſto modo ſanatus fuerit, tũc iam utatur Abbas ferro abſciſſionis, ut ait Apoſtolus. Auferte malum ex uobis. Et iterum. Infidelis ſi diſcedit, diſcedat, ne una ouis morbida totum gregem contaminet.

Si debeant recipi fratres egreſſi de monaſterio. Cap. XXIX.

FRater qui ꝓprio uitio egreditur, aut proijcitur de monaſterio, ſi reuerti uo

luerit, ſpódeat prius omnem emendationem vitij pro quo egreſſus eſt, & ſic in ultimo gradu recipiatur, ut ex hoc eius humilitas comprobetur. Quod ſi denuo exierit, uſque tertio ita recipiatur. Iam uero poſtea ſciat, omnem ſibi reuerſionis aditum denegari.

De pueris minori ætate qualiter corripiantur. Cap. XXX.

OMnis ætas vel intellectus proprias debet habere menſuras. Ideoq; quoties pueri uel adoleſcentiores ætate, aut qui minus intelligere poſſunt quāta pœna ſit excommunicationis, hi tales cum deliquunt, aut ieiunijs nimijs affligātur, aut acribus verberibus coerceantur, ut ſanentur.

Qualis debeat eſſe cellarius monaſterij. Capitulum XXXI.

CEllarius monaſterij eligatur de congregatione ſapiens, maturus morib. ſobrius,

ſobrius, non multū edax; nō elatus, non turbulētus, nō iniurioſus, nō tardus, nō prodigus, ſed timens Deum, qui oī congregationi ſit ſicut pater. Curam gerat de oībus, ſine iuſſione abbatis nihil faciat: q̄ iubent cuſtodiat: fratres non contriſtet. Si quis āt frater ab eo aliqua forte irrōnabiliter poſtulat, non ſpernēdo eū cōtriſtet: ſed rōnabiliter cū humilitate male petēti deneget: animā ſuā cuſtodiat, memor ſp illius Apoſtolici præcepti, quia qui bene miniſtrauerit, gradū bonorū ſibi acquirit. Infirmorū, infantiū, hoſpitū, pauperūq; cū oī ſollicitudine curā gerat, ſciēs ſine dubio, quia pro his oībus in die iudicij rōnem redditurus eſt. Oīa vaſa monaſterij cunctamq; ſubſtantiā ac ſi altaris vaſa ſacrata conſpiciat, nihil ducat negligēdū, neq; auaritię ſtudeat: neq; ꝓdig⁹ ſit, aut extirpator ſubſtantię monaſterij. Sed oīa méſuratè faciat, & ſm iuſſionem abbatis ſui. Humilitaté ante oīa hēat: & cui ſubſtātia nō eſt q̄ tribuat, ſermo reſponſionis

uiciſſim ſuccedũt: ſciat quid dat, aut q̄d recipit. Si quis aũt ſordide aut negligenter res monaſterij tractauerit, corripiať. Si nõ emẽdauerit, diſciplinæ ſubiaceat.

Si quid debeant monachi proprium habere. *Capitulum* XXXIII.

PRæcipue hoc uitium radicitus amputetur de monaſterio, ne quis præſumat aliquid dare, aut accipere ſine iuſſione abbatis, neq; aliquid habere proprium, nullam omnino rem: neq; codicem: neq; tabulas, neque grafium, ſed nihil omnino, quippe quibus nec corpora ſua, nec uolũtates licet habere in propria poteſtate. Omnia uero neceſſaria a patre monaſterij ſperare, neq; quicquã liceat habere quod abbas non dederit, aut permiſerit. Omniaq; omnibus ſint communia, ut ſcriptum eſt, nec quiſq̃ ſuum eſſe aliquid dicat uel præſumat. Quod ſi quiſquam huic nequiſſimo uitio deprehenſus fuerit delectari, admoneatur ſemel, & iterum, ſi non emendauerit, correctioni ſubiaceat.

Si omnes æqualiter debeant neceſſaria accipere. *Capitulum* XXXIIII.

SIcut ſcriptum eſt diuidatur ſingulis: prout cuique opus erit. Vbi non dicimus vt perſonarum (quod abſit) acceptio ſit: ſed infirmitatum conſideratio. Vbi qui minus indiget: agat Deo gratias, & non cõtriſtetur. Qui vero plus indiget, humilietur pro infirmitate, & nõ extollatur pro miſericordia: & ita oĩa mẽbra erũt in pace. Ante omnia ne murmurationis malum pro qualicunque cauſa in aliquo qualicunque verbo vel ſignificatione appareat: Quod ſi deprehenſus fuerit qs, diſtrictioni diſciplinę ſubdatur.

De ſeptimanarijs coquinæ. *Capitulum* XXXV.

FRatres ſic ſibi inuicẽ ſeruiant, vt nullus excuſetur à coquinæ officio: niſi aut ægritudine, aut in cã grauis utilitatis quis occupatus fuerit, qa ex inde maior merces acquiritur. Imbecillibus autem procu-

procurentur ſolatia, ut non cum triſtitia hoc faciant, ſed habeant omnes ſolatia ſecundum modum congregationis aut poſitionem loci. Si maior congregatio fuerit, cellarius excuſetur à coquina: vel ſi q (vt diximus) maiorib. utilitatibus occupant. Cæteri vero ſibi ſub charitate inuicē ſeruiãt. Egreſſurus de ſeptimana Sabbato mũditias faciat. Linteamina, cũ qbus ſibi fratres manus ac pedes tergũt, lauet. Pedes verò tã ipſe q egreditur q̃ ille qui intraturus eſt, oĩbus lauent. Vaſa miniſterij ſui mũda & ſana, cellario recõſignet, qui cellarius item intranti conſignet: ut ſciat quid dat, aut quid recipit.

SEptimanarij autē ante vnam horam refectionis accipiant ſuper ſtatutã annonã ſingulos biberes & panem, vt hora refectionis ſine murmuratione & graui labore ſeruiãt fratribus ſuis. In dieb. tamen ſolennibus, vſque ad miſſas ſuſtineant. Intrantes autē & exeuntes hebdomadarij, in oratorio mox matutinis finitis dominica, omniũ genibus prouoluantur

tur poſtulantes pro ſe orari. Egrediēs autem de ſeptimana dicat hunc verſum. Benedictus es domine Deus, qui adiuuiſti me, & conſolatus es me. Quo dicto, tertio accipiat benedictionem egrediēs. Subſequatur ingrediens & dicat. Deus in adiutorium meũ intende. Domine ad adiuuandũ me feſtina. Et hoc idem tertio repetatur ab omnibus, & accepta benedictione, ingrediatur.

De infirmis fratribus. Cap. XXXVI.

INfirmorum cura ante omnia & ſuper omnia adhibenda eſt, vt ſicut re vera Chriſto, ita eis ſeruiatur, quia ipſe dixit. Infirmus fui, & viſitaſtis me. Et qđ feciſtis vni de his minimis meis, mihi feciſtis. Sed & ipſi infirmi, & nõ ſuperfluitate ſua contriſtent fratres ſuos ſeruiētes ſibi. Qui tamen patienter portandi ſunt, quia de talib. copioſior merces acquiritur. Ergo cura maxima ſit abbati, ne aliquam negligētiã patiantur. Quibus fratribus infirmis ſit cella ſup ſe deputata, & ſeruitor timens Deum, & diligens ac

ſollicitus. Balneorum vſus infirmis quoties expedit offeratur, ſanis autem & maxime iuuenibus tardius concedať. Sed & carniũ eſus infirmis omninoque debilibus pro reparatione concedatur. At vbi meliorati fuerint, à carnibus more ſolito omnes abſtineãt, curam autem maximã hẽat abbas ne à cellarijs aut ſeruitoribus negligantur infirmi, quia ad ipſum reſpicit, quidquid à diſcipulis delinquitur.

De ſenibus vel infantibus.

Cap. XXXVII.

LIcet ipſa natura humana trahať ad miſericordiam in his ætatibus, ſenũ videlicet, & infantum, tamẽ & regulę auctoritas eis proſpiciat. Conſideretur ſemper in eis imbecillitas: & nullatenus eis diſtrictio regulę teneatur in alimẽtis ſed ſit in eis pia conſideratio, & pręueniant horas canonicas.

De hebdomadario lectore. C. XXXVIII.

MEnſis fratrum edẽtium lectio deeſſe non debet, nec fortuito caſu qui arripuerit codicem, legere audeat ibi, ſed

reficiatur. Fratres autem non per ordinem legant aut cantent, ſed qui ædificent audientes.

De menſura ciborum. *Cap.* XXXIX.

SVfficere credimus ad refectionem quotidianam tam ſextæ, quam nonæ omnibus menſis cocta duo pulmentaria, propter diuerſorium infirmitates, ut forte qui ex uno non potuerit edere, ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta fratribus ſufficiant. Et ſi fuerint inde poma, aut naſcentia leguminum, addatur, & tertium. Panis libra una propẽſa ſufficiat in die ſiue vna ſit refectio ſiue prandij & cœnæ. Quod ſi cœnaturi ſunt, de eadem libra tertia pars à cellario reſeruet, reddenda cænaturis. Quod ſi labor forte factus fuerit maior, in arbitrio & poteſtate Abbatis erit, ſi expediat aliquid augere, remota præ omnibus crapula, vt nunquam ſurrepat monacho indigeries. Quia nihil ſic contrarium eſt omni Chriſtiano quomodo crapula, ſicut ait dominus noſter. Videte

ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate. Pueris verò minori ætate non eadē ſeruetur quantitas: ſed minor quā maioribus, ſeruata in omnibus parcitate. Carnium vero quadrupedum omnino ab omnibus abſtineatur cōmeſtio, ꝑter ab omnino debilibus & ægrotis.

De menſura potus. *Cap.* XL.

VNuſquiſque proprium habet donū ex Deo, alius ſic, alius vero ſic. Et ideo cum aliqua ſcrupuloſitate à nobis menſura victus aliorum conſtituitur. Tamen infirmorum contuentes imbecillitatem, credimus heminam uini per ſingulos ſufficere per diem. Quibus autem donat Deus tolerantiam abſtinentiæ, propriam ſe habituros mercedem ſciant. Quod ſi aut loci neceſſitas, vel labor, aut ardor æſtatis amplius popeſcerit, in arbitrio prioris conſiſtat, conſiderando in omnibus ne ſurrepat ſatietas, aut ebrietas, licet legamus vinum omnino monachorum non eſſe. Sed quia noſtris temporibus id monachis perſuaderi

ſuaderi non poteſt: ſaltem uel hoc conſentiamus, vt non vſque ad ſacietatē bibamus. ſed parcius, quia vinum apoſtatare facit etiam ſapientes. Vbi autem neceſſitas loci expoſcit, vt nec ſupraſcripta menſura inueniri poſſit, ſed multo minus, aut ex toto nihil, benedicant Deum qui ibi habitant, & non murmurent. Hoc autem ante omnia admonemus, ut abſque murmurationibus ſint.

Quibus horis oporteat reficere fratres. *Capitulum.* XLI.

A Sancto Paſcha vſque ad Pētecoſtē ad ſextā reficiant fratres, & ad ſerā cœnent. A Pētecoſte autem tota æſtate, ſi labores ægrorum non habent monachi, aut nimietas æſtatis non perturbat, quarta, & ſexta feria ieiunēt, vſq; ad nonā, reliquis verò diebus ad ſextam prandeāt. Quæ prandij ſexta, ſi opera in agris habuerint, aut æſtatis ſeruor nimius fuerit, continuanda erit: & in Abbatis ſit ꝓuidentia. Et ſic omnia temperet, atque

ctibus non erit utile illa hora hanc ſcripturam audire, alijs uerò horis legãtur. Si autem ieiunij dies fuerit dicta ueſpera, paruo interuallo, mox accedant ad lectionem collationum, vt diximus, & lectis quatuor aut quinque folijs vel quã tum hora permittit, omnibus in vnum occurrentibus per hanc moram lectionis: ſi quis forte in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat. Omnes ergo in vnum poſiti compleant. Et exeuntes à completorio nulla ſit licentia denuo cuiquam loqui aliquid. Quod ſi inuentus fuerit quiſquam præuaricari hanc taciturnitatis regulã: grauiori uindictæ ſubiaceat, excepto ſi neceſſitas hoſpitum ſuper uenerit, aut forte Abbas alicui aliquid iuſſerit. Quod tamen & ipſum cum ſumma grauitate & moderatione honeſtiſſime fiat.

De his qui ad opus Dei vel ad menſam tarde accurrunt. Cap. XLIII.

AD horam diuini officij, mox vt auditum fuerit ſignum, relictis omnibus

bus q̄libet fuerint in manibus: ſumma cum feſtinatione currat, cū grauitate tñ: vt non ſcurrilitas inueniat fomitem. Ergo nihil operi Dei præponatur. Quod ſi q̄s ad nocturnas vigilias poſt gloriam pſalmi nonageſimiquarti (quē propter hoc omnino protrahendo & morosè uolumus dici) occurrerit, non ſtet in ordine ſuo in choro: ſed vltimus oīum ſtet: aut in loco quē talibus negligētib. ſeorſū cōſtituerit Abbas, vt videatur ab ipſo vel ab oībus, vſq; dū completo opere Dei, publica ſatisfactione pæniteat. Ideo āt eos in vltimo aut ſeorſum iudicauimus debere ſtare, vt uiſi ab oībus, vel ꝑ ipſa verecūdia ſua emendētur. Nā ſi extra oratoriū remaneant, erit forte talis q̄ ſe, aut collocet, & dormiat, aut certe ſedeat foris, vel fabulis vacet, & detur occaſio maligno. Sed ingrediatur intro, vt nec totū perdat, & de reliquo emendet.

Diurnis autem horis qui ad opus Dei poſt verſum & gloriam primi pſalmi, qui poſt verſū dicitur, occurrerit, lege,

ge,quam ſupra diximus, in ultimo ſtet, nec præſumat ſociari choro pſallentium vſq; ad ſatisſactionem, niſi forte Abbas licētiā dederit permiſſione ſua, ita tñ ut ſatisfaciat reus ex hoc. Ad horā uero refectionis q ante uerſū nō occurrerit ut ſimul oēs dicāt uerſū & orēt,& ſub uno omnes accedant ad menſā, qui per negligentiā ſuam,aut uitiū nō occurrerit,uſque ad ſecūdā uicem pro hoc corripiat᷑. Si denuo nō ſe emendauerit,nō pmittatur ad menſæ cōis participationem, ſed ſequeſtratus a cōſortio oīum, reficiat᷑ ſolus ſublata ei portione ſua uini uſq; ad ſatisfactionem & emendationem. Similiter aūt patiat᷑ qui & ad illum uerſum nō fuerit præſens qui poſt cibū dicitur. Nec quiſquam p̄ſumat ante ſtatutā horam uel poſtea quicquam cibi uel potus percipere. Sed & ſi cui offertur aliquid a priore,& accipere renuerit, hora qua deſiderauerit,hoc quod prius recuſauit, aut aliud omnino non percipiat, uſque ad emendationem congruam.

ratorio ſatisfaciant vſq; ad iuſſionē Abbatis: Et hoc ſemper faciant vſque dum benedicat, & dicat ſufficit.

De his qui falluntur in oratorio. Capitulum XLV.

SI quis dum pronunciat pſalmum, reſponſoriū: aut antiphonā, vel lectionē, fallitur, niſi cū ſatisfactione ibi coram oībus humiliatus fuerit, maiori vindictæ ſubiaceat, quippe qui noluit humilitate corrigere quod negligentia deliqt. Infantes vero pro tali culpa vapulent.

De his qui in aliquibus rebus leuibus delinquunt. Cap. XLVI.

SI quis dū in labore quouis in coquina, in cellaria, in monaſterio, in piſtrino, in horto, ī arte aliqua, dū laborat, vel in quocunq; loco aliquid deliquerit aut fregerit quippiā, aut perdiderit, vel aliud qd exceſſerit vbiuis, & non veniēs cōtinuo ante Abbatem vel congregationem

nem ipſe ultrò ſatisfecerit & prodiderit delictum ſuum, cum per alium cognitũ fuerit, maiori ſubiaceat emendationi. Si animæ uero peccati cauſa latens fuerit, tãtũ Abbati aut ſpiritualibus ſenioribus patefaciat, qui ſciant curare ſua & aliena uulnera, non detegere, ac publicare.

De ſignificanda hora operis Dei. Cap. XLVII.

NVnciãda hora operis Dei die noctu que ſit cura abbati, vt aut ipſe nunciet, aut tali ſollicito fratri iniungat hãc curam, ut omnia horis cõpetentibus cõpleãtur, pſalmos autem vel antiphonas, poſt abbatem ordine ſuo quibus iuſſum fuerit intonent. Cantare autem & legere nõ prǽſumat, niſi qui poteſt ipsũ officiũ implere, vt ædificentur audientes. Quod cum humilitate & grauitate, & tremore fiat, & ab eo cui iuſſerit abbas.

De opere manuum quotidiano. *Cap.* XLVIII.

OCioſitas inimica eſt animę. Et ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis iterum horis in lectione diuina. Ideoque hac diſpoſitione credimus vtraque tempora ordinari, ideſt vt à paſcha vſque ad Calẽd. Octobris, mane exeuntes à prima vſque ad horam penè quartam laborent, quod neceſſarium fuerit. Ab hora autem quarta uſque ad horam quaſi ſextam lectioni vacent, poſt ſextam autem ſurgentes a menſa pauſent in lectis ſuis cum omni ſilentio; aut forte qui voluerit ſibi legere, ſic legat ut alium non inquietet. Agatur nona temporius mediàte octaua hora, & iterum quod faciendum eſt operẽtur uſque ad ueſperã. Si autem neceſſitas loci aut paupertas exegerit, vt ad fruges colligendas per ſe occupentur, non cõtriſtentur. Quia tũc uere monachi ſunt ſi de labore manuũ ſuarum uiuunt, ſicut & pa

non ſolum ſibi inutilis ſit, ſed etiam alios extollat. Hic talis ſi (q͂d abſit) repertus fuerit, corripiatur ſemel & ſecũdo, ſi nõ emendauerit, correptioni regulari ſubiaceat, taliter ut cæteri metum habeãt. Neque frater ad fratrem iungatur horis incõpetentibus. Dominico die lectioni vacent omnes, exceptis his qui uarijs officijs deputati ſunt. Siquis uero ita negligens & deſidioſus fuerit, ut nõ uelit aut nõ poſſit meditari aut legere, iniũgatur ei opus quod faciat ut nõ uacet. Fratrib. infirmis aut delicatis opera aut ars iniũgatur, vt nec ocioſi ſint nec uiolẽtia laboris opprimantur ut effugẽtur. Quorum imbecillitas ab abbate conſideranda eſt.

De Quadrageſimæ obſeruatione. Cap. XXXXIX.

LIcet omni tẽpore uita monachi Quadrageſimę debeat obſeruationem habere, tamẽ quia paucorũ eſt iſta uirtus, ideo ſuademus iſtis dieb. Quadrageſimę omni puritate uitam ſuam cuſtodire omnes pariter negligentias aliorum tempo-

rum his diebus ſanctis diluere. Qđ tunc dignè fit, ſi ab oībus vitijs nos temperemus, orationi cum fletibus, lectioni & cópunctioni cordis atq; abſtinentiæ operá Deum. Ergo his dieb. augeamus nobis aliquid ad ſolitum penſum ſeruitutis noſtræ, orationes peculiares, ciborum & potus abſtinentiã, & vnuſquiſq; ſuper mẽſurã ſibi indictam aliquid propria voluntate cũ gaudio sãcti ſpiritus offerat Deo, ideſt ſubtrahat corpori ſuo de cibo, de potu, de ſomno, de loquacitate, de ſcurilitate, & cum ſpiritualis deſiderij gaudio ſanctum paſcha expectet. Hoc ipſum tñ qđ vnuſquiſque offert, abbati ſuo ſuggerat, & cum eius fiat oratione & voluntate. Quia quod ſine permiſſione patris ſpiritualis fit, præſumptioni deputabitur & vanæ gloriæ non mercedi. Ergo cum voluntate Abbatis omnia agenda ſunt.

De fratribus qui longe ab oratorio laborant aut in via ſunt. Cap. L.

FRatres qui omnino longe ſunt in labore, & nó pñt occurrere hora competenti

petenti ad oratorium, & Abbas hoc perpēdit quia ita eſt, agant ibidem opus Dei ubi operantur, cũ tremore diuino flectētes genua. Similiter qui in itinere directi ſunt, non eos prætereāt horæ conſtitutę, ſed ut poſſunt agant ſibi, & ſeruitutis pēſum non negligant reddere.

De fratribus qui non ſatis longe proficiſcuntur. Cap. LI.

FRatres qui pro quouis reſponſo proficiſcuntur, & ea die ſperant reuerti ad monaſterium, non prçſumant foris mãducare, etiã ſi a quouis rogētur, niſi forte eis ab Abbate ſuo præcipiatur. Quod ſi aliter fecerint, excommunicentur.

De oratorio monaſterij. Cap. LII.

ORatorium hoc ſit quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur, aut condatur. Expleto opere Dei, omnes cum ſummo ſilentio exeant, & agatur reuerentia Deo, ut frater qui forte ſibi

peculiariter vult orare, non impediatur alterius improbitate. Sed ſi alter vult ſibi forte ſecretus orare, ſimpliciter ītret, & oret nō in clamoſa voce, ſed in lachrymis & intentione cordis. Ergo qui ſimile opus non facit, non permittatur expleto opere Dei remorari in oratorio, ſicut dictū eſt: ne alius impedimētum patiatur.

De hoſpitibus ſuſcipiendis. Cap. LIII.

OMnes ſuperueniētes hoſpites tanquam Chriſtus ſuſcipiantur, quia ipſe dicturus eſt. Hoſpes fui & ſuſcepiſtis me. Et omnibus congruus honor exhibeatur, maximè tamen domeſticis fidei & peregrinis. Vt ergo nunciatus fuerit hoſpes, occurratur ei à priore vel a fratribus cū omni officio charitatis, & primitus orent pariter, & ſic ſibi ſociētur in pace, quod pacis oſculum non prius offeratur niſi oratione præmiſſa propter illuſiones diabolicas. In ipſa autem ſalutatione omnis exhibeatur humilitas omnibus venientibus ſiue diſcedētibus hoſpi

tibus inclinato capite, vel poſtrato omni corpore in terra, Chriſtus in eis adoret̃, q & ſuſcipitur. Suſcepti ãt hoſpites ducant̃ ad orationẽ, & poſtea ſedeat cũ eis prior, aut cui iuſſerit ipſe. Legatur corã hoſpite lex diuina, vt ædificetur, & poſt hæc oĩs ei exhibeatur humanitas. Ieiunium à priore frangat̃ pp hoſpitem, niſi forte præcipuus ſit dies ieiunij quod nõ poſſit violari. Fratres aũt cõſuetudines ieiunorũ proſequantur. Aquã in manibus Abbas hoſpitib. det, pedes hoſpitibus oĩbus tam Abbas quàm cuncta cõgregatio lauet, quibus locis hunc versũ dicant. Suſcepimus Deus miſericordiã tuam in medio templi tui. Pauperum ãt & peregrinorum maximè ſuſceptio omni cura ſollicite exhibeatur, quia in ipſis Chriſtus magis ſuſcipitur. Nàm diuitum terror ipſe ſibi exigit honorem.

COquina Abbatis, & hoſpitũ per ſe ſit, vt incertis horis ſuperuenientes hoſpites, qui nunquam deſunt, monaſterio, non inquietent fratres, in quam

coquinã ingrediant duo fratres ad annũ qui ipſum officiũ bene impleant. Quib. vt indigent, ſolatia adminiſtrentur, ut abſq; murmuratione ſeruiant. Et iterũ quando occupationem minorem habẽt exeant vbi eis imperatur in opera. Et nõ ſolũ in ipſis: ſed & in omnibus officijs monaſterij iſta ſit conſideratio, vt quando indigent, ſolatia accomodentur eis, & iterum quando vacant, obediant imperãti. Item & cellam hoſpitum habeat aſſignatam frater, cuius animam timor Dei poſſideat, vbi ſint lecti ſtrati ſufficienter & domus Dei à ſapientibus ſapienter adminiſtretur. Hoſpitibus autẽ cui nõ præcipitur, nullatenus ſocietur neque colloquatur. Sed ſi obuiauerit, aut uiderit, ſalutatis humiliter, ut dictum eſt, & petita benedictione pertranſeat, dicens ſibi non licere colloqui cum hoſpite.

Si debeat monachus literas vel eulogia ſuſcipere. Cap. LXX.

NVllatenus liceat monacho nec a parentibus ſuis, nec a quoquã hominum,

num, nec ſibi inuicē literas, aut eulogia, vel quælibet munuſcula accipere aut dare, ſine præcepto Abbatis ſui. Quod ſi ēt a parentibus ſuis ei quicquam directum fuerit, nō præſumat ſuſcipere illud, niſi prius indicatum fuerit Abbati. Quod ſi iuſſerit ſuſcipi, in Abbatis ſit poteſtate cui illud iubeat dari, & nō cōtriſtet frater cui forte directum fuerat, ut non det occaſio diabolo. Qui autem aliter præſumpſerit diſciplinæ regulari ſubiaceat.

De veſtimentis vel calciamentis fratrum. *Capitulum* LV.

VEſtimenta fratribus ſecundum locorum qualitatem vbi habitāt, vel aerum temperiem dētur: quia in frigidis regionibus amplius indigetur: in calidis vero minus. Hæc ergo conſideratio penes Abbatem ſit. Nos tamen mediocribus locis ſufficere credimus monachis per ſingulos cucullam & tunicā, cucullam in hyeme villoſam: in æſtate puram aut vetuſtam, & ſcapulare propter opera, Induimenta pedum pedules

& caligas. De quarum rerum omnium colore aut groſſitudine non cauſentur monachi, ſed quales inueniri poſſunt in prouincia in qua habitant: aut quod vilius comparari poteſt. Abbas aũt de mẽſura prouideat, vt non ſint curta ipſa ueſtimenta vtentibus eis, ſed mẽſurata. Accipientes noua, vetera ſemper reddãt in præſenti, deponẽda in veſtiario propter pauperes. Sufficit. n. monacho duas tunicas, & duas cucullas hr̃e propter noctes, & propter lauare ipſas res. Nam ꝙ ſupfuerit, & ſuperfluũ eſt, amputari dẽt. Et pedules & quodcunq; eſt vetuſtum, reddant cũ accipiunt nouũ. Femoralia hi q in uia diriguntur, de veſtiario accipiãt: qui reuertentes, lota ibi reſtituant. Et cucullæ, & tunicæ ſint aliquanto his, quas habere ſoliti ſunt meliores, quas exeuntes in uiam accipiant de veſtiario: & reuertentes reſtituant.

STramenta autem lectorum ſufficiãt matta, ſagum, leua, & capitale. Qui tamen lecti frequenter ab Abbate ſcrutandi

di ſunt propter opus peculiare, ne inueniatur, & ſi cui inuentũ fuerit quod ab Abbate non acceperit, grauiſſimæ diſciplinæ ſubiaceat. Et hoc vitium peculiare radicitus amputetur, dentur ab Abbate omnia quæ ſunt neceſſaria, ideſt cuculla, tunica, pedules, caligæ, bracile; cultellus, graphium, acus, mappula, tabulę, vt omnis auferatur neceſſitatis excuſatio. A quo tamen Abbate ſemper cõſideretur illa ſententia Actuũ Apoſtolorũ, quod dabatur ſingulis prout cuiq; opus erat. Ita ergo & Abbas conſideret infirmitates indigentium, non malam uolũtatem inuidentium. In omnibus tamen iudicijs ſuis de retributione cogitet.

De menſa Abbatis. Cap. LVI.

MEnſa Abbatis cũ hoſpitibus & peregrinis ſit ſemper. Quoties tamen minus ſunt hoſpites, quos vult de fratribus uocare, in ipſius ſit poteſtate. Seniorum unum tamen aut duos ſemper cum fratribus dimittendos procuret propter diſciplinam.

De

De artificibus monaſterij. Cap. LVII.

ARtifices ſi ſunt in monaſterio cum omni humilitate & reuerentia faciant ipſas artes, ſi tamē iuſſerit Abbas. Quod ſi aliqs ex eis extollitur pro ſcientia artis ſuæ, eo quod videatur aliquid conferre monaſterio, hic talis euellatur ab ipſa arte, & denuo per eam non tranſeat, niſi forte humiliato ei iterum Abbas iubeat. Si quid vero ex operibus artificium venundandum eſt uideant ipſi per quorum manus tranſigenda ſūt ne aliquam fraudem præſumant inferre. Memorentur Ananiæ, & Saphiræ, & ne forte mortem quam illi in corpore ꝑtulerunt, hanc iſti vel omnes qui aliquā fraudem de rebus monaſterij fecerint, in anima patiantur. In ipſis autem precijs non ſurrepat auaritiæ malum, ſed ſemper aliquātulum vilius detur quam ab alijs ſæcularibus datur, ut in omnibus glorificetur Deus.

De diſciplina ſuſcipiendorum fratrum. *Capitulum LVIII.*

NOuiter veniat ſi quis ad conuerſionem, non ei facilis tribuatur ingreſſus. Sed ſicut ait Apoſtolus, probent ſpiritus ſi ex Deo ſunt. Ergo ſi ueniens pſeuerauerit pulſans, & illatas ſibi iniurias & difficultatem ingreſſus, poſt quatuor aut qnq; dies viſus fuerit patienter portare, & perſiſtere petitioni ſuę, annuatur ei ingreſſus, & ſit in cella hoſpitũ paucis diebus. Poſtea autem ſit in cella nouitiorum, vbi meditetur, & manducet & dormiat. Et ſenior ei talis deputet q aptus ſit ad lucrãdas animas, qui ſuper eũ omnino curioſe intendat, & ſollicitus ſit, ſi verè Deum quærit, & ſi ſollicitus eſt ad opus Dei, ad obedientiam, ad opꝓbria. Prædicentur ei dura & aſpera, per quæ itur ad Deum, & ſi promiſerit de ſtabilitatis ſuæ perſeuerantia, poſt duorũ mẽſiũ circulum legat ei hæc regula per ordinem, & dicat ei. Ecce lex ſub qua militarę

tare uis, ſi potes obſeruare, ingredere: ſi vero nō potes, liber diſcede. Si adhuc ſteterit, tūc nucat̃ in ſupradictā cellā nouitiorum; & iterū probet̃ in oī patientia. & poſt ſex menſiū circulū relegat̃ ei regula, vt ſciat ad q̄d ingredit̃. Et ſi adhuc ſtat, poſt quatuor menſes iterum relegatur ei eadem regula. Et ſi habita ſecum deliberatione ꝓmiſerit ſe oīa cuſtodire, & cūcta ſibi im̃petrata ſeruare, tūc ſuſcipiat̃ in cōgregatione, ſciens ſe ſub lege regulæ cōſtitutū, ꝙ ei ex illa die nō liceat egredi de monaſterio, nec collū excutere ſub iugo regulæ, quā ſub tā moroſa deliberōne licuit recuſare aut ſuſcipere.

SVſcipiendus autem in oratorio coram omnibus promittat de ſtabilitate ſua & conuerſionem eorum ſuorum, & obedientiā corā Deo & ſanctis eius, vt ſi aliqn̄ aliter fecerit, ab eo ſe damnādū ſciat quem irridet. De qua ꝓmiſſione ſua faciat petitionem ad nomen ſanctorum quorum reliqę ibi ſunt, & Abbatis præſentis. Quam petitionem manu ſua ſcri

bat, aut certe ſi non ſcit literas, alter ab eo rogatus ſcribat, & ille nouitius ſignũ faciat, & manu ſua eam ſuper altare ponat. Quam cum poſuerit, incipiat ipſe nouitius mox hunc verſum. Suſcipe me domine ſecundum eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea. Quem verſum omnis congregatio tertio reſpondeat, adiungens gloria patri. Tunc ipſe frater nouitius proſternatur ſingulorum pedibus vt orent pro eo, & iam ex illa hora in congregatione reputetur. Res ſi quas habet, aut eroget prius pauperibus aut facta ſolemniter donatione, cõferat monaſterio, nihil ſibi reſeruans ex omnibus, quippe qui ex illo die, nec proprij corporis poteſtatẽ ſe habiturũ ſciat. Mox ergo in oratorio exuatur rebus proprijs q̃bus veſtitus eſt, & ĩduatur rebus monaſterij. Illa autẽ veſtimenta quibus exutus eſt, reponantur in veſtiario conſeruanda, vt ſi aliquãdo ſuadente diabolo, conſenſerit vt egrediatꝰ de monaſterio (qđ abſit) Tũc

exu-

exutus rebus monaſterij proijciatur. Illã tamen petitionem quam deſuper altare Abbas tollit, non recipiat, ſed in monaſterio reſeruetur.

De filijs nobilium, vel pauperum qui offeruntur. Cap. LIX.

SI quis forte de nobilib. offert filium ſuũ Deo ĩ monaſterio, ſi ipſe puer minori ætate eſt, parentes eius faciant petitionem, q̃ ſupra diximus, & cum oblatione ipſam petitionem & manum pueri inuoluãt in palla altaris, & ſic eum offerãt. De reb. autem ſuis autem in præſenti petitione promittant ſub iureiurando, quia nunquam per ſe, nunquã per ſuſpectam perſonam, nec quolibet modo ei aliqñ aliquid dent, aut tribuant occaſionem habendi. Vel certe ſi hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in eleemoſynam monaſterio pro mercede ſua, faciãt ex rebus quas dare volunt monaſterio, donationem reſeruato ſibi ſi ita voluerint vſufructuario. Atque ita omnia obſtruantur, vt nulla ſuſpicio remaneat

puero,

puero, per quam deceptus perire poſſit (quod abſit) quod experimento dicimus. Similiter autem & pauperiores faciant. Qui vero ex toto nihil habent, ſimpliciter petitionem faciant, & cum oblatione offerant filium ſuum coram teſtibus.

De ſacerdotibus qui voluerint in monaſterio habitare. *Cap. LX.*

SI qs de ordine ſacerdotum in monaſterio ſe ſuſcipi rogauerit, non quidẽ ei citius aſſentiatur. Tñ ſi oĩno perſtiterit in hac ſupplicatione, ſciat ſe oẽm regulæ diſciplinã ſeruaturum, nec aliquid ei relaxabitur, vt ſit ſicut ſcriptum eſt. Amice ad quid veniſti? Concedatur ei tñ poſt Abbatem ſtare & benedicere, aut miſſas tenere, ſi tamen iuſſerit ei Abbas. Sin aliàs, nullatenus aliqua præſumat, ſciens ſe diſciplinę regulari ſubditum, & magis humilitatis exempla oĩbus det. Si forte ordinationis, aut alicuius rei cauſa fuerit in monaſterio: illum locum attendat quando ingreſſus eſt monaſterium,

non

non illum qui ei pro reuerentia ſacerdotij conceſſus eſt. Clericorum autem ſi qs eodem deſiderio monaſterio ſociari voluerit, loco mediocri collocetur, & ipſe tamen ſi promittit de obſeruatione regulæ vel propria ſtabilitate.

De monachis peregrinis qualiter ſuſcipiantur. Cap. LXI.

SI quis monachus peregrinus de longinquis prouincijs ſuperuenerit, ſi pro hoſpite voluerit habitare in monaſterio, & cõtentus fuerit cõſuetudine loci quàm inuenerit, & non forte ſuperfluitate ſua perturbat monaſterium: ſed ſimpliciter cõtentus eſt quod inuenerit, ſuſcipiatur quãto tempore cupit. Si qua ſanè rationabiliter & cũ humilitate charitatis reprehendit, aut oſtendit, tractet Abbas prudenter ne forte eum propter hoc ipsũ dominus direxerit. Si vero poſtea voluerit ſtabilitatem ſuam firmare, non renuatur talis voluntas, & maximè, quia tempore hoſpitalitatis potuit eius

vita

vita dignoſci. Quod ſi ſuperfluus, aut vitioſus inuentus fuerit tempore hoſpitalitatis: non ſolum, non debet ſociari corpori monaſterij: verum etiam dicatur ei honeſtè, vt diſcedat, ne eius miſeria etiã alij vitientur. Quod ſi non fuerit talis, q mereatur proijci, non ſolum ſi petierit ſuſcipiatur congregationi ſociandus, verũ etiam ſuadeatur vt ſtet, vt eius exemplo alij erudiantur, & quia in omni loco vni domino ſeruit, vni regi militatur. Quem ſi etiam talem eſſe perſpexerit Abbas liceat eum in ſuperiori aliquantulum cõſtituere loco. Non ſolum autem monachum, ſed etiam de ſupradictis gradibus ſacerdotum vel clericorum, ſtabilire poteſt Abbas in maiori quam ingreditur loco ſi eius talẽ proſpexerit eſſe vitã. Caueat autem Abbas ne aliquando de alio noto monaſterio monachum ad habitandum ſuſcipiat, ſine conſenſu Abbatis eius, aut literis commendatitijs, quia ſcriptum eſt. Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris.

De ſacerdotibus monaſterij. *Cap.* LXII.

SI quis Abbas ſibi presbyterũ vel diaconum ordinari petierit, de ſuis eligat qui dignus ſit ſacerdotio ſungi. Ordinatus autem caueat elationem, aut ſupbiam, nec quicquã præſumat, niſi quod ei ab Abbate præcipitur, ſciens ſe multò magis diſciplinæ regulari ſubditũ. Nec occaſione ſacerdotij obliuiſcatur regulæ obedientiam & diſciplinam, ſed magis, ac magis in Deum proficiat. Locum verò illum ſemper attendat quo ingreſſus eſt monaſterium, præter officiũ altaris, etſi forte electio congregationis, & volũtas Abbatis, pro vitæ merito eũ promouere voluerit. Qui tamen regulam a decanis vel præpoſitis conſtitutam ſibi ſeruandam ſciat. Quod ſi aliter præſumpſerit non vt ſacerdos, ſed vt rebellis iudicetur. Et ſæpe ammonitus ſi non correxerit, etiam epiſcopus adhibeatur in teſtimonium. Quod ſi nec ſic emendauerit: clareſcentibus culpis proijciatur de monaſte-

naſterio: ſi tamen talis fuerit eius contumacia, vt ſubdi, aut obedire regulę r.o i.

De ordine congregationis. Cap. LXIII.

ORdines ſuos in monaſterio ita conſeruent, vt conuerſionis tempus, & vitæ meritum diſcernit, vel vt Abbas cõſtituerit. Qui Abbas non conturbet gregem ſibi commiſſum, nec quaſi libera vtens poteſtate, iniuſtè diſponat aliquid ſed cogitet ſemper ꝙ de omnibus iudicijs, & operibus ſuis redditurus eſt Deo rationem. Ergo ſecundum ordines quos conſtituerit vel quos habuerint ipſi fratres, ſic accedant ad pacem, ad communionem: ad pſalmum imponendum, in choro ſtandum. Et in omnibus omnino locis ætas non diſcernatur, in ordine, nec præiudicet, quia Samuel, & Daniel pueri presbyteros iudicauerunt. Ergo exceptis his, quos (vt diximus) altiori cõſilio Abbas prætulerit vel degradauerit certis ex cauſis: reliqui omnes vt cõuertuntur ita ſint, vt verbi gratia, qui ſecunda diei ho-

ra venerit in monaſterio, iuniorem ſe no uerit eſſe illo, qui prima hora diei venit, cuiuslibet ætatis aut dignitatis ſit.

PVeris vero per omnia ab omnibus diſciplina teneatur. Iuniores ergo priores ſuos honorent: priores iuniores ſuos deligant. In ipſa ãt appellatione noīum, nulli liceat alium puro appellare nomine: ſed priores iuniores ſuos fratres nominent: iuniores ãt priores ſuos non-nos uocent ꝙ intelligitꝛ paterna reuerentia. Abbas ãt quia uices Chriſti agere uidetꝛ: domus & Abbas uocetꝛ, non ſua aſſumptione, ſed honore & amore Chriſti. Ipſe autem cogitet, & ſic ſe exhibeat: ut dignus ſit tali honore. Vbicunq; ãt ſibi obuiant fratres, iunior a priore benedictioné petat trãſeunte maiore iunior ſurgat & det ei locũ ſædendi, nec pſumat iunior cõſedere, niſi ei præcipiat ſenior ſuus, ut fiat ꝙ ſcriptũ eſt. Honore inuicẽ pueniẽtes. Pueri uel adoleſcẽtes in oratorio uel ad mẽſã cũ diſciplina ordines ſuos conſequantꝛ: foris ãt uel ubiubi cuſtodiam habeant

beant & diſciplinam vſque dum ad intel ligibilem ætatem perueniunt.

De ordinando Abbate. Cap. LXIV.

IN Abbatis ordinatione illa ſemper cõſideretur ratio, ut hic conſtituatur quẽ ſibi omnis concors congregatio ſecundũ timorem Dei, ſiue etiam pars quamuis parua congregationis ſaniori cõſilio elegerit, uitæ autem merito & ſapientiæ doctrina eligatur qui ordinandus eſt etiam ſi vltimus fuerit in ordine congregationis. Quod ſi ẽt omnis congregatio vitijs ſuis (quod quidem abſit) conſentientem perſonam pari conſilio elegerit: & vitia ipſa aliquatenus in notitiam epiſcopi, ad cuius diœceſim pertinet locus ipſe, vel Abbatib. aut Chriſtianis vicinis claruerint: prohibeant prauorum pręualere cõſenſum, ſed domui Dei dignum conſtituant diſpenſatorem, ſcientes pro hoc ſe recepturos mercedem bonam ſi illud caſtę & zelo Dei faciant. ſicut e contrario peccatum incurſuros ſi negligant.

ORdinatus autem Abbas cogitet ſemper quale onus ſuſcepit: & cui redditurus eſt rationem villicationis ſuę: ſciatque ſibi oportere prodeſſe magis q̃ præeſſe. Oportet ergo eum eſſe doctum lege diuina: ut ſciat unde proferat noua & uetera, caſtum, ſobrium, miſericordem, & ſemper ſuperexaltet miſericordiam iudicio: ut idem ipſe conſequatur. Oderit uitia, diligat fratres. In ipſa aũt correptione prudenter agat: & nequid nimis, ne dũ nimis cupit eradere eruginem, frãgatur uas, ſuamq; fragilitatem ſemper conſideret ſit, memineritq; calamum quaſſatum non conterendum. In quib. non dicimus ut permittat nutriri uitia, ſed prudenter & cum charitate ea amputet, prout uiderit cuique expedire: ſicut iam diximus, & ſtudeat plus amari quam timeri. Non ſit turbulentus & anxius, nõ ſit nimius, & obſtinatus, non ſit zelotypus & nimis ſuſpicioſus: quia nunquam requieſcet. In ipſis imperijs ſuis ſit prouidus, & cõſideratus, ſiue ſecundum Deum, ſiue ſecundum

cundum ſęculũm ſint. Opera quæ iniuri
git, diſcernat, & temperet, cogitãs diſcre-
tionem ſancti Iacob dicentis. Si greges
meos plus in ambulando fecero labora-
re: morientur cuncti uno die. Hęc ergo
aliaq; teſtimonia diſcretionis matris uir
tutum ſumẽs, ſic omnia temperet: ut ſit
quod & fortes cupiant, & infirmi non re
fugiant. Et pręcipuè ut præſentem regu
lam in omnibus conſeruet, ut cum bene
miniſtrauerit, audiat a Domino, ſeruus
bonus, qui erogauit triticum conſeruis
ſuis in tempore ſuo, Amẽ dico vobis ait,
ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

De præpoſito monaſterij Cap. LXV.

SÆpius quidem contingit ut per ordi
nationem prępoſiti ſcandala grauia
in monaſterijs oriantur, dum ſunt aliqui
magno ſpiritu ſuperbiæ inflati, qui exi-
ſtimantes ſe ſecundos Abbates eſſe aſſu
mentes ſibi tyrannidẽ, ſcandala nutriũt
& diſſenſiones in congregatione faciũt,
& maximè in illis locis, ubi ab eodem ſa
cerdote vel ab eiſdem Abbatib. qui Ab-

batem ordinant,ab ipſis etiam & prępo-
ſitus ordinatur. Quod quam ſit abſurdũ
facilè aduertitur,quia ab ipſo initio ordi-
nationis materia ei datur ſuperbiẽdi: dũ
ei ſuggeritur a cogitationibus ſuis exutũ
ſe eſſe a poteſtate Abbatis ſui: quia ab ip
ſis eſt ordinatus a quibus & Abbas. Hinc
ſuſcitantur inuidię,rixæ,detractiones,æ-
mulationes, diſſenſiones,& inordinatio-
nes,& dum cõtraria ſibi inuicem Abbas
præpoſitusq; ſentiunt & ipſorum neceſ
ſe eſt ſub hac diſſeſione animas periclita
ri,& hi qui ſub ipſis ſunt,dum adulãtur
partib. eunt in perditionem. Cuius peri
culi malum illos reſpicit in capite: qui ta
libus in ordinatione ſe fecerũt auctores.

IDeoq; nos præuidemus expedire pro-
pter pacis charitatiſve cuſtodiã in Ab-
batis pendere arbitrio ordinationem mo
naſterij ſui,& ſi põt fieri per decanos or-
dinetur:ut antea diſpoſuimus omnis uti
litas monaſterij : prout Abbas diſpoſue-
rit:ut dum pluribus committitur unus
nõ ſuperbiat. Quod ſi aut locus expetit

aut cōgregatio petierit rationabiliter cū humilitate, & Abbas iudicauerit expedire, quemcunque elegerit. Abbas cum cōſilio fratrum timentium Deum ordinet ipſe ſibi prępoſitum. Qui tn̄ præpoſitus illa agat cum reuerentia, quæ ab Abbate ſuo ei iniuncta fuerint. nihil contra Abbatis volūtatem, aut ordinationē faciēs: quia quantum prælatus eſt cæteris tm̄ eum oportet ſolicite obſeruare pręcepta regulæ. Qui præpoſitus ſi repertus fuerit vitioſus, aut elatione deceptus ſuperbię, aut contemptor ſanctę regulę fuerit comprobatus: admoneatur uerbis vſque quater ſi non emendauerit. adhibeatur ei correptio diſciplinę regularis. Quod ſi neque ſic correxerit, tunc deijciatur de ordine præpoſituræ, & alius qui dignus ſit in loco eius ſubroget. Quod & ſi poſtea in congregatione quietus & obediēs non fuerit, ét de monaſterio expellatur. Cogitet tn̄ Abbas ſe de omnib. iudicijs ſuis Deo redditurum rationem, ne forte inuidię, aut zeli flamma vrat animā m.

De

De oſtiarijs monaſterij. Cap. LXVI.

AD portam monaſterij ponatᷣ ſenex ſapiens, qui ſciat accipere reſpõſum & reddere, cuius maturitas eũ non ſinat vagari. Qui portarius cellam debet habere iuxta portam, ut uenientes ſemper p̃ſentem iuueniant, a quo reſponſum accipiant. Et mox ut aliquis pulſauerit aut pauper clamauerit: Deo gratias reſpondeat, aut benedicat: & cum oĩ manſuetudine timoris Dei reddat reſponſum feſtinanter cum feruore charitatis. Qui portarius ſi indiget ſolatio, iuniorem fratrẽ accipiat monaſterium aũt ſi poſſit fieri, ita debet conſtrui, ut oĩa neceſſaria, ideſt aqua, molendinum, hortus, piſtrinũ, uel artes diuerſæ intra monaſteriũ exerceantur, ut non ſit neceſſitas monachis vagãdi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. Hanc autem regulam ſæpius uolumus in congregatione legi, ne quis fratrum ſe de ignorantia excuſet.

De

De fratribus in via directis.
Cap. LXVII.

DIrigendi fratres in via, omnium fratrum vel Abbatis orationi ſe comēdent, ſemper ad orõnem vltimam operis Dei commemoratio oĩum abſentiũ fiat. Reuertentes autem de uia fratres, ipſo die quo redeũt per omnes canonicas horas dum expletur opus Dei, proſtrati ſolo oratorij, ab omnib. petant orationem propter exceſſus, ne quid forte ſurrepſerit in uia uiſus aut auditus malæ rei aut ocioſi ſermonis. Nec pręſumat quiſquã alijs referre, quæcunque extra monaſterium viderit, aut audierit, quia plurima deſtructio eſt. Quod ſi quis præſumpſerit, vindictę regulari ſubiaceat. Similiter & qui præſumpſerit clauſtra monaſterij egredi, uel quocunque ire, vel quippiam q̃uis paruũ ſine abbatis iuſſione facere.

Si fratri impoſſibilia iniunguntur.
Cap. LXVIII.

SI cui fratri aliqua forte grauia, aut impoſſibilia iniunguntur, ſuſcipiat quidem

dem

dem iubentis imperium cum omni mau ſuetudine & obedientia. Quod ſi omnino uirium ſuarum menſurā viderit pondus excedere, impoſſibilitatis ſuæ cauſas ei qui ſibi pręeſt patienter & oportune ſuggerat, non ſuperbiendo, aut reſiſtendo vel contradicendo. Quod ſi poſt ſuggeſtionem ſuam, in ſua ſententia prioris imperium perdurauerit, ſciat iunior ita ſibi expedire, & charitate confidens de adiutorio Dei obediat.

Vt in monaſterio non præſumat alter alterum defendere. *Cap. LXIX.*

SVmmopere præcauendum eſt, ne qua uis occaſione præſumat alius aliū defendere monachum in monaſterio, aut quaſi tueri, etiam ſi qualibet conſanguinitatis propinquitate iungātur. Nec quolibet modo id a monachis præſumatur quia ex inde grauiſſima occaſio ſcandalorum oriri poteſt. Quod ſi quis hęc trāſgreſſus fuerit acrius coerceatur.

Vt

Vt non præſumat quiſquam aliquem paſ ſim cædere aut excommunicare. Capitulum LXX.

VEtetur in monaſterio omnis p̃ſumptionis occaſio. Ordinamus atque cõſtituimus, ut nulli liceat quemquam fratrum ſuorum excommunicare aut cedere, niſi cui poteſtas ab abbate data fuerit. Peccantes autem coram omnibus arguantur, ut cæteri metũ habeant. Infantibus uero uſq; ad quintumdecimũ annum ætatis, diſciplinæ diligẽtia ſit, & cuſtodia adhibeat ab omnibus, ſed & hoc cum omni menſura & ratione. Nam in fortiori ętate, qui præſumpſerit aliquatenus ſine præcepto Abbatis uel in ipſos infantes ſine diſcretione exarſerit, diſciplinæ regulari ſubiaceat, quia ſcriptum eſt: Quod tibi nõ uis fieri, alij ne feceris.

Vt obedientes ſint ſibi fratres inuicem. Capitulum LXXI.

OBedientiæ bonum, non ſolum Abbati exhibendum eſt, ſed etiam ſibi inui-

inuicem obediant fratres, ſcientes per obedientiæ viam, ſe ituros ad Deũ. Præmiſſo ergo Abbatis, aut præpoſitorũ qui ab eo conſtituuntur imperio, cui nõ permittimus priuata imperia ꝑponi, de cætero omnes iuniores prioribus ſuis omni charitate, & ſollicitudine obediãt. Quod ſi quis contentioſus reperitur, corripiatur. Si quis autem frater pro quauis minima cauſa ab Abbate vel à quocunque priore ſuo corripitur quolibet modo, vel ſi leuiter ſenſerit animum prioris cuiuſcunq; contra ſe iratum vel commotum, quamuis modicè, mox ſine mora tã diu proſtratus in terra ante pedes eius iaceat ſatisfaciens, vſque dum benedictione ſanetur illa commotio. Quod ſi quis contempſerit facere, aut corporali vindictæ ſubiaceat, aut ſi contumax fuerit, de monaſterio expellatur.

De Zelo bono quem debent monachi habere. Cap. LXXIII.

SIcut eſt zelus amaritudinis malus q ſeparat a Deo, & ducit ad infernum. ita

ita eſt & zelus bonus qui ſeparat a vitijs, & ducit ad Deum, & ad vitam ęternam. Hunc ergo zelum feruentiſſimo amore exerceant monachi, ideſt vt honore ſe inuicem præueniant. Infirmitates ſuas ſiue corporum, ſiue morum patientiſſimè tolerent, obedientiam ſibi certatim impendant. Nullus quod ſibi utile iudicat ſequatur, ſed quod magis alij. Charitatē fraternitatis, caſto impendant amore, Deum timeant, Abbatem ſuum ſincera & humili charitate diligāt, Chriſto omnino nihil præponant, qui nos pariter ad vitam æternam perducat. Amen.

De eo quod non omnis obſeruatio iuſtitiæ in hac ſit regula conſtituta. Cap. LXIII.

REgulam autem hanc deſcripſimus, ut eam obſeruantes in monaſterijs aliquatenus vel honeſtatem morum aut initiū conuerſationis nos demōſtremus habere. Cæterum ad perfectionē cōuerſationis q feſtināt, ſunt doctrinæ ſancto-

rum

rum patrũ, quarum obſeruatio perducit hominem ad celſitudinem perfectionis. Quæ enim pagina, aut quis ſermo diuinæ auctoritatis veteris ac noui teſtamenti non eſt rectiſſima norma vitæ humanæ. Aut quis liber ſanctorum catholicorum patrũ hoc non reſonat, vt recto curſu perueniamus ad creatorem noſtrum? Necnè & collationes patrum & inſtituta & vitæ eorum, ſed & regula ſancti patris noſtri Baſilij, quid aliud ſunt niſi bene viuentium & obediẽtium monachorum exempla & inſtrumẽta virtutum? Nobis autem deſidioſis & malè viuentibus atque negligẽtibus rubor confuſionis eſt. Quiſquis ergo ad patriam cæleſtem feſtinas, hanc minimam inchoationis regulam deſcriptam, adiuuãte Chriſto perfice, & tunc demum ad maiora quæ ſupra commemorauimus, doctrinę virtutumq́ue culmina Deo protegente peruenies. Amen.

DEVOTISSIMA FORMA PRO-
fitendi ſub eadem beatiſſimi P. Benedicti regula iuxta optimam conſuetudinem congregationis Caſinenſis alias S. Iuſtinæ de Padua.

Quando nouitius profiteri debet, pater monaſterij præparet ſe miſſam celebraturus, aut alius aſſiſtēte patre. Et poſt offertorium accedat nouitius profeſſurus ante altare, & rectus legat petitionē ſuam dicēs.

Forma petitionis.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Anno a natiuitate eiuſdē, M.ccccc. Die mēſis. Ego Do. B. de tali loco, & diocœſi promitto ſtabilitatem meam & conuerſionem morum meorum, obedientiam, ſecundum Regulam ſancti Benedicti coram Deo, & omnibus ſanctis, quorū reliquię habētur in hoc monaſterio. N. diocęſis. N N. in

N. in pręſentia do. B. Abbatis eiuſdẽ monaſterij ſub congregatione S. Iu. ad cuius rei fidem hãc petitionem manu propria ſcripſi die quo ſupra. Quã perfectã offerat ſuper altare illud oſculando: ac ſignũ crucis in ea manu propria imprimẽdo. Poſtea ſtãte eo genib. flexis, pater monaſterij dicat hanc orationem abſolutè:

OREmus, Fratres chariſſimi: vt quod frater iſte orę profeſſus eſt, opere fęliciter compleat: auxiliante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum patre, & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus, per oĩa ſæcula ſæculorum. Amen. Tunc iſte nouitius dicat ter hũc verſum faciẽdo tres genu flexiones in modum pſallendi. Suſcipe me dñe ſecundum eloquium tuũ & viuam: & non confundas me ab expectatione mea. Et chorus ſimiliter ter reſpondeat eũdẽ verſum cum Gloria patri. Nouitio igit ſtante genibus flexis capite aliquantulũ inclinato caputiũ profũde ĩ capite tenẽtè. Pater monaſterij mediocri voce cãtãdo hos dicat vers⁹ ſequẽ

tes cum ſuis orationibus. Kyrie ele. Cho rus reſpõdet Chriſte ele. Kyrie el. Pater noſter. Ver. Et ne nos. Reſpon. Sed libera. Verſ. Saluum fac ſeruum tuũ. Reſp. Deus meus ſperantem in te. Verſ. Oſtẽde ei domine miſericordiã tuã. Reſpon. Et ſalutare tuũ da ei. Verſ. Eſto ei domine turris fortitudinis. Reſpõ. A facie inimici. Verſ. Nihil ꝓficiat inimicus in eo. Reſp. Et filius iniquitatis non apponat, nocere ei. Ver. Mitte ei domine auxiliũ de ſancto. Reſp. Et de Syõ tuere eũ. Ver. Dñe exaudi orõnẽ meã. Reſpon. Et clamor me⁹ ad te veniat. Ver. Dñs vobiſcũ. Reſpõ. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Orõ.

DEus indulgẽtiæ pater, qui ſeueritatẽ tuæ diſtrictionis temperans, indulſiſti, ne filius portet iniquitatẽ patris, & q̱ mira diſpenſatione etiã malis bene vtẽs, tuę dignationis gratiam per eos frequenter operaris: quęſumus clementiam tuã: ut huic famulo tuo nõ obſiſtat ꝙ habitũ religionis per nos tanta ac tali re indignos accipit: ſed miniſteriũ quod ꝑ nos

exterius exhibet: tu interius per donum
ſancti ſpiritus exequaris. Per Ieſũ Chri
ſtum filium tuũ, &c. Oremus. Oratio.
DEus qui per coæternum filium tuũ
cuncta creaſti: quiq; mundum pec
catis inueteratũ, per myſterium incar-
nationis eius renouare dignat⁹ es, te ſup
pliciter exoramus; ut eiuſdem dñi noſtri
grã ſup hunc famulum tuum ab renun
ciationem ſæculi profitẽtem clementer
reſpicere dignetur; per q̃ in ſpũ mentis
ſuæ renouatus veterem hoiem cũ actib.
exuat, & nouum qui ſ͡m Deum creatus
eſt induere mereatur. Per eũdem Chri-
ſtum dñm noſtrum. Oremus. Oratio.
DOmine Ieſu qui es via ſine qua ne-
mo venit ad patrẽ, quæſumus beni-
gniſſimam clementiam tuam, vt hunc
famulum tuum a carnalib. deſiderijs ab
ſtractũ p iter diſciplinæ regularis dedu-
cas vt qui peccatores vocare dignatus es
dicens, venite ad me oẽs qui laboratis &
& onerati eſtis, & ego reficiã uos; præſta
ut hæc uox inuitationis tuæ ita in eo cõ

ualeſcat quatenus onera peccatorum de ponens,& quã dulcis es guſtans,tua refe ctione ſuſtẽtari mereatur & ſicut atteſta ri de onibus tuis dignatus es, agnoſe eũ inter tuas,& ipſe te agnoſcat, ut alienũ non ſequatur ſed te, neque audiat uocẽ alienorum ſed tuam qua dicis,qui mihi miniſtrat me ſequatur. Qui viuis & re gnas ĩ ſęcula ſęculorũ. Oremus. Oratio.

SAnctæ ſpiritus qui te Deum ac domi nũ reuelare dignatus es mortalibus, immenſam tuæ pietatis gratiam poſtula mus, vt ſicut vbi uis ſpiras,ſic & huic fa mulo tuo affectũ deuotionis indulgeas, & quoniam tua ſapiẽtia eſt conditus,tua quoque prouidentia gubernetur, quem iuxta tibi conſuetam gratiam vnctio tua de omnibus doceat, & per interceſſionẽ beatiſſimi patris noſtri Benedicti, quẽ præcipuum huius ſanctę inſtitutionis le gislatorem dediſti,necnon,& aliorũ ſan ctorum ad quorum nomina petitionẽ fa cit,fac eum à vanitate ſæculi veraciter cõ uerti,& ſicut es omnium peccatorum re

miſſio, depriměntes impietatis oblationes in eo diſſolue, & ad obſeruantiam huius ſancti propoſiti fac eum certatim feruere, vt in tribulationibus & anguſtijs tua indeficienti conſolatione valeat reſpirare, & iuſtè, & piè, per veram humilitatē atque obedientiam in fraterna charitate fundatus, quod te donāte hodie promittit fęlici perſeuerantia compleat. Qui cum Deo patre sāctoque vnigenito filio eius domino noſtro Ieſu Chriſto viuis & gloriaris Deus per infinita ſæcula ſæculorum. R. Amen.

His completis vertit ſe ad benedicendum indumenta monachalia abſolutè incipiens orationem:

DOmine Ieſu Chriſte q̃ tegumen noſtrę mortalitatis īduere dignatus es, obſeruamus immenſam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus veſtimenti, quod ſancti patres ad innocentiæ vel humilitatis indicium abrenunciantes ſæculo ferre ſanxerunt, tu ita benedicere † &

ſanctificare digneris vt hic famulus tuus qui hoc indutus fuerit indumẽto, te quoque induere mereatur. Qui viuis & regnas in ſęcula ſęculorũ. Reſp. Amen. oremus.

Oratio.

DEus æternorum bonorũ fideliſſimè promiſſor & certiſſimè perſolutor qui veſtimentum ſalutis & indumentũ iocunditatis tuis fidelibus promiſiſti, clementiam tuam humiliter expoſcimus, vt hæc indumẽta humilitatem cordis & contemptum mundi ſignificãtia quibus famulus tuus ſancto uiſibili eſt informãdus propoſito, propitius benedicas, † vt beatę abnegationis habitũ quem te aſpirante ſuſcipit; te protegente cuſtodiat, & quem ueſtibus uenerandæ religionis induis temporaliter, beata facias immortalitate ueſtiri. Per Chriſtum dominũ noſtrum. Oremus. Oratio.

DOmine Deus bonarum virtutũ dator, & omnium benedictionum largus infuſor te ſubnixis precibus deprecamur, ut has ueſtes benedicere & ſanctifi-

care digneris quas famulus tuus ꝑ indicio agnoſcēdæ religionis induere vult, vt inter reliquos fratres tibi cognoſcatur dicatus. Per dominum.

Quibus completis nouitius ac indumenta præfata adoleantur incenſo & aqua benedicta aſpergantur. Poſtea pater genuflectens in medio ante altare incipit cantare Hymnum.

VEni creator ſpiritus, mentes tuorũ viſita, imple ſuperna gratia quæ tu creaſti pectora.

Qui paracletus diceris, donum Dei altiſſimi, fons uiuus, ignis charitas, & ſpiritalis vnctio.

Tu ſeptiformis munere, dextrę Dei tu digitus, tu ritè promiſſum patris, ſermone ditans guttura.

Accēde lumen ſenſibus, infunde amorē cordibus, infirma noſtri corporis, uirtute firmans perpetim.

Hoſtē repellas longius, pacemque dones protinus, ductore ſic te præuio, vitemus

mus omne noxium.

Gloria patri domino, natoq; qa mor tuis, ſurrexit ac paracleto, in ſeculorum ſæcula. Reſp. Amen.

¶ Chorus uſque in finem proſequitur. Interim pater exuat nouitium habitu ſæculari dicendo hunc uerſum,

Exuat te dominus ueterem hominẽ cũ actibus ſuis. Subſequenter induat eũ ueſtibus benedictis, dicẽs hunc uerſum. induat te dominus nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

Quo induto pater abſolutè incipit orationem.

OMnipotẽs ſempiterne Deus cuius charitatis ardore ſuccẽſus hic famulus tuus ſtabilitatem ſuam tibi in hac cógregatione promittendo, tuo iugo collũ ſummittit, concede propitius, ut in ultimo tui examinis die in dextera tua collocatus, cuncta deuotionis ſuæ promiſſa ſe

adimpleſſe

adimpleſſe lætetur. Per Chriſtũ dominũ noſtrum. Oratio.

DEus qui beatiſſimum Benedictũ abſtractum à mundi turbidinibus tibi ſoli militare iuſſiſti, tribue q̃ſumus huic famulo tuo ſub eius magiſterio ad tuum ſeruitium feſtinanti, perſeuerandi inſtantiam, & perfectam vſque in finem victoriam. Per Chriſtum dominum noſtrũ.

Oremus. Oratio.

PRæſta domine famulo tuo renũciáti ſęcularibus pompis gratię tue ianuas aperiri, qui deſpecto diabolo cõfugit ſub titulum Chriſti, iube eum venientem ad te ſereno vultu ſuſcipi, ne de eo valeat inimicus triumphare, tribue ei brachiũ infatigabile auxilij tui, & mentem eius fidei lorica circunda, vt pericula cũcta & diaboli tentamenta ſe gaudeat euaſiſſe. Per eundem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Quibus completis, pater det ei oſculũ pacis, & ſic ſucceſſiue omnes fratres à choro venientes. Poſtea ſurgẽs de loco il

lo iaceat ſuper vnũ latus ante altare ho neſtè ſuper pallio nigro ad hoc præparato, facie, manibus cum pedibus de cucul la coopertis, poſitis duobus cereis vno ad caput, & altero ad pedes, in ſignum vt viuat mortuus, & moriatur viuẽs. Cõpleta vero poſtcõmunione, ſacerdos ſiue diaconus vertens ſe ad ipſum mediocri voce dicat. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Tũc ipſę frater ſurgat ad communionem. Demum pater benedicat eum dicens. Benedictio Dei patris omnipotentis, & filij, & ſpiritus ſancti deſcendat ſuper te, & maneat ſemper. Amen. ¶ Poſtea aſſignetur ſibi locus in ultimo profeſſorum gradu.

F I N I S.

HAEC VERBA SANCTISSIMI Patris Benedicti, reperta sũt ĩ fine Regulę, quàm ipſe proprijs manibus ſcripſit, & S. Mauro cũ eũ ad Gallias mitteret tradidit: Quę D. Petrus Abbas Cluniacenſis, cum apud Maius Monaſterium Turonenſe in eadem regula, quæ ibi pro reliquijs ſeruatur, inueniſſet, rogauit ſibi tranſmitti.

Incipit ordo in Monaſterio, qualiter à Fratribus religiosè, ac ſtudiosè conuerſari, ac Domino militare oportet.

IN primis nocturnis horis, cum ad opus diuinum de lecto ſurrexerit Frater, primum ſibi Sanctæ Crucis ſignum imponat per inuocationem Sanctæ Trinitatis, deinde dicat verſum, Domine labia meã aperies, & os meum annũciabit laudem tuam: deinde Pſalmũ, Deus in adiutorium, & compleatur totus, cum Gloria patri. Tunc prouideat ſibi frater corporeæ neceſſitatem naturæ, & ſic ad oratorium feſtinet, pſallendo

lendo pſalmum, Ad te dñe leuaui animã meam; qui pſalmus compleat totus, cũ Gloria patri: cum ſumma reuerentia & cautela intrãs, ne alios orãtes impediat. Et profectus in loco congruo effundat preces in conſpectu Dñi magis corde, q̃ ore, ita vt illius vox vicinior ſit Deo, q̃ ſibi. Et tunc referat gratias Deo, dicendo ita: Gratias tibi ago oĩpotens Deus, qui me dignatus es in hac nocte cuſtodire, deprecor immenſam clementiã tuã vt concedas mihi venturum diẽ ſic peragere in tuo ſeruitio cum humilitate & diſcretione, quatenus tibi complaceam.

TVnc omnes ſint parati, ſtantes in loco ſuo in choro per ordinem, vt cũ ſignum nouiſſimũ ceſſauerit, cum ſumma humilitate & honeſtate referant laudes Deo in conſpectu Angelorum.

ET ſi fortẽ alicui frequens tuſſis, aut flegma euenerit, aut ex pectore, aut naribus excreſceret, poſt dorſum proijciat, aut iuxta latus. Caueat autẽ curioſè, ut infirmis fratribus non vertatur in

nauſeam,& ſemper quod ſpuitur, pede conculcetur, vt dum ad orationem curritur, veſtimenta eorum non ſordidẽtur; & infra Eccleſiã, & in omni loco, & Conuentu, ſeu in Porticu, hoc obſeruetur, vt quod ſpuitur pedibus conculcetur.

POſt expletionem verò nocturnæ laudis, in illo interuallo, ſummum ſilentium fiat, tam in voce, quam in inceſſu, ſine ſono alicuius rei, vt liceat vnicuiq; ſine alterius inquietudine peccata Domino confiteri, & veniam, & remiſſionẽ pro ipſis flendo Deum poſtulare.

CVm verò inchoante Aurora, diei ſonum inſonuerit, omnes feſtinẽt cũ humilitate cordis, quaſi ad Deum clamantes, ac miſericordiã ſibi placabilẽ factũ Matutinis Laudibus, prompta volũtate, vocum modulis, nec nimis productè, nec multum correptè, cũ ſumma grauitate & honeſtate perſoluere.

EX hac autem Matutina laude, ſummum & pręcipuum fiat ſilentium in orando, vel legendo.

Item

ITem conuenientes fratres ad Primã, dum completur ipſum officium, ante ipſum quinquageſimum, donent confeſſiones ſuas viciſſim, pariter ſupplici eorum certatim pro ſe orantes.

HOc expleto veniant oẽs ad Capitulum, verſi ad Orientẽ ſalutẽt Crucẽ, & cæteris fratrib. ſe vndiq; humiliẽt ſimiliterq́; faciant in omni Conuentu.

POſt recitata nomina Sanctorũ, quorum feſta Craſtina dies excipiet, ſurgentes pariter dicant verſum, Præcioſa in conſpectu domini: quem ſequat᷑ oratio à Priore: deinde vers⁹, Deus in adiutorium meum intẽde; Domine ad adiuuandum me feſtina: tribus uicibus, & ſubiungentibus, Gloria patri & filio. Surgentes iterum, dicant verſum, Reſpice domine in ſeruos tuos, vſq; in finem pſalmi, ſubiungentes, Gloria patri, humiliter. Poſt hunc verſum ſequat᷑ oratio, à Priore, Dirige, & ſanctificare.

POſt hæc qui culpabilis eſt veniã poſtulet, & ſecundum modum culpæ,

vin-

vindictam recipiat. Et tam in Clauſtro q̃ in quolibet Conuentu, vel loco ueniā poſtulet frater, ante Dn̄m Abbatē, vel Præpoſitū, aut Decanū, aut quemlibet aliū de Senioribus. Cū.n.ille ſenior dixerit. Quæ eſt cā; Frater ille qui veniam poſtulat primū oīum reſpondeat, Mea culpa Domne. Si verò aliud quocunque dixerit, iudicet exinde culpabilis: Poſtea dicat à Dn̄o Abbate, vel cæteris, à quib. obedientia eſt faciēda quicqd eſt] neceſſarium, & vtile fuerit in cōi Monaſterij.

QVique verò frater veniam poſtulat pro culpa, quāto plus ſe humiliat, & ſe culpabilem aſſerit, tanto miſericordius & leuius à Priore iudicetur: neceſſe eſt enim, ut omnes negligentias noſtras, vel cogitationum, vel linguæ, uel operis, in præſenti vita per humilem cōfeſſionē, & humilitatem ſemper iudicemus, vt nō poſt mortem nos reos faciāt.

SVrgentes à Capitulo, atque ad opera exeuntes, ſimul omnes circunſtantes dicant Deus in adiutorium meum intēde;

de; Dñe ad adiuuádũ me feſtina ſubiungẽdo, Gloria patri, & orationẽ Dominicã flectẽtes genua. Poſt orationẽ Dominicã dicat Prior; Adiutoriũ noſtrũ in nomine dñi, & rñdẽtibus oĩbus, q fecit cęlum & terrã, vadant oẽs ſimul aut ſeparatim ad opus iniunctũ ſibi, cuſtodiẽtes ſilẽtiũ decãtẽt pſalmos, aut Pater noſter, aut bini, aut ſinguli, iuxta ꝙ congruũ eſt, nihil aliud loquentes, niſi fortè de ipſa arte neceſſariũ fuerit dicere, qđ dicatur cautè.

CVm ad opus diuinũ horis canonicis auditum fuerit ſignum, ſicut continet regula, relinquãt ſtatim quicquid in manibus eſt, ſic tñ, vt non pereat. Et tũc conueniant ſimul omnes ad oſtium oratorij, aut certè ſint parati ad obedientiã, & dicant verſum, Benedictus es domine Deus, quia adiuuiſti me, & conſolatus es me. Tribus vicibus, Priore tantum incipiente, ſubiungentes, Gloria Patri, flectẽtes genua. Oratione autem completa ſurgãt, & dicat Prior, miſereatur noſtri omnipotens Deus, & reſpõdeant, Amen.

A Calendis Octobris vſque ad Paſcha tertia hora, hoc faciant: à Paſcha autem, vſque ad Calēdás Octobris, hoc hora ſexta, & nona fiat.

OMni tempore in Eccleſia ſummū ſilētium teneatur, excepto hoc qđ ad aures Dei pertinet. Et nullus ex fratribus aliū puro nomine aliquādo audeat appellare, ſed ſicut decet, Seniores ſuos minores fratres nominēt, iuniores uero, ſeniores ſuos, nonnos ꝙ eſt paternę reuerentię: Abbas vero, Dn̄s, & Pater, vocet̃.

IVramētū aliud nullus ꝓferat, niſi, crede mihi, qđ in euangelio Ioānis. 4. cap. legimus mulieri Samaritanę dn̄m affirmaſſe: aut planè S. Auguſtinū legimus ſepè teſtificatum fuiſſe: aut certè, ſanè ꝙ eſt monachorum aſſetudo, affi, iurandi.

SI frater increpatur à Priore qualicunque de cauſa, aut ab alio quolibet, aut certè à minore, repræhēditur pro aliqua re, ſtatim cū ſumma velocitate in faciem ſuam cadens veniam poſtulet, quia hæc humilitas Deo exhibetur, nō homini: & ſi ex

ſi ex corde fiat, indulgētiam promerebitur. Oportet omnino ante omnia, ut obedientes ſibi inuicem ſint, & ipſa obediētia, ſi recto corde omnino Deo offert, ipſa eſt quæ ducit ad vitam: citius enim exauditur vna oratio obedientis, quàm decem mille contemnentis. Cum verò ſibi obuiant fratres, vbiq; dicat iunior, ſeniori inclinato capite, Benedicite. Si iunior ſedeat, trāſeunte ſeniore ſurgat: ſi ſenior voluerit ſedere, iunior tamē, niſi iuſſus, non ſedeat iuxta regulam. Si cognoueris aliquem ex fratribus inuidiam, vel iram aliquam modicam, aut triſtitiam in corde retinere, ſtatim corripiatur, vt emēdetur, & quot dies hoc cōfiteri neglexerit, tot dies pœniteat: & ſi humiliter reſpóderit, & ueniam poſtulauerit, cum uenia iudicetur. Cū autem Dominus Abbas, aut certè quis ex Senioribus alicui ex fratribus, aliquod opus pceperit, ſuſcipiat iunior, cū ſumma honeſtate iubentis imperiū, ſicut regula docet, & ſit auris parata ad audiendū, ac ſi diuinitus dicatur, ſint

pedes recti, manus expeditæ ad faciendũ opus, & humiliato capite dicat, Benedicite. Similiter cũ iterum iuſſerit, ita faciat. Egredientes de domo aut de cõuentu dicant, Bñdicite, ẽt ſi ſolus ſit, qa Dñs vbique p̃ſens vnicuiq; poſtulãti paratus reddere rõnem. Si aliqd in cellario, vel refectorio, vel coquina, vel quolibet alio loco frater neglexerit, ſtatim ſine vlla mora, currat ad veniã poſtulandã. Et ſi talis eſt res q̃ neglexerit, manu teneat in terram proſtratus, veniã poſtulando qd egerit.

CAueant a ſęculari & ſuperfluo riſu, & de freq̃uẽti loquutione cum amicis. Et ſi neceſſe fuerit, vbi aliter eſſe non poterit, non loquatur ſolus cum eo, niſi præſentibus, & audientibus alijs fratrib. de quorum fide certa ſit fiducia, & hoc maximè in iuuenibus obſeruetur. Mens enim quæ Deo ſeruire cupit, ſęcularium loquutionem, & conuerſationem contemnere, & derelinquere debet.

NOn vadant infra monaſterium partim vbicunque voluerint, niſi obędientia

dientia vniuſcuiuſq; exigat, vel impetra uerit. Nullũ opus bonum, etiam, ſi uidea tur, ſine iuſſione agere præſumãt. Nihil dare, aut accipere ſine iuſſione Abbatis, nec habere proprium, niſi quod Abbas dederit, aut pmiſerit. Non dẽt aliud uni cuiq; in cibo, uel potu, uel ueſtimento, dari, quam regula præcipit, qui ãt plus habere deſiderat, occaſionem cõtra ſe oc culti hoſtis noſtri excitare nõ ptimeſcit.

NVllus alij aliqđ pteritũ, uel turpe peccatum improperet. Si ſenior viderit iuniorem delinquere, corripiat eũ inter ſe, & ipsũ ſolũ, ſemel ſcđo, & tertio de leuioribus tãtũ culpis, qa de aliqbus grauibus culpis, ſi cõtinget opere perpe trare, ſtatim emẽdet ſcđm regulã. Et qui alium vult caſtigare, leniter ſolidare ſtu deat, ſecũdũ qualitatẽ neglecti, quia ſæpè frangit deterius mẽbri fractura, quæ incautè ligat. Pro immũdis uerò cogitationibus, & nociuis, vel ineptis loquutio nib. ſẽper ad cõfeſſionem recurrat. Humiliter ſibi inuicem reſpõdeant fratres.

HAEC VERBA SANCTISSIMI Patris Benedicti, reperta sũt ĩ fine Regulę, quàm ipſe proprijs manibus ſcripſit, & S. Mauro cũ eũ ad Gallias mitteret tradidit: Quę D. Petrus Abbas Cluniacenſis, cum apud Maius Monaſterium Turonenſe in eadem regula, quæ ibi pro reliquijs ſeruatur, inueniſſet, rogauit ſibi tranſmitti.

Incipit ordo in Monaſterio, qualiter à Fratribus religioſè, ac ſtudioſè conuerſari, ac Domino militare oportet.

IN primis nocturnis horis, cum ad opus diuinum de lecto ſurrexerit Frater, primum ſibi Sanctæ Crucis ſignum imponat per inuocationem Sanctæ Trinitatis, deinde dicat verſum, Domine labia meá aperies, & os meum annũciabit laudem tuam: deinde Pſalmũ, Deus in adiutorium, & compleatur totus, cum Gloria patri. Tunc prouideat ſibi frater corporeæ neceſſitatem naturæ, & ſic ad oratorium feſtinet, pſallendo

lendo pſalmum, Ad te dñe leuaui animã meam; qui pſalmus compleat totus, cũ Gloria patri: cum ſumma reuerentia & cautela intrãs, ne alios orãtes impediat. Et profectus in loco congruo effundat preces in conſpectu Dñi magis corde, q̃ ore, ita vt illius vox vicinior ſit Deo, q̃ ſibi. Et tunc referat gratias Deo, dicendo ita: Gratias tibi ago oĩpotens Deus, qui me dignatus es in hac nocte cuſtodire, deprecor immenſam clementiã tuã vt concedas mihi venturum diẽ ſic peragere in tuo ſeruitio cum humilitate & diſcretione, quatenus tibi complaceam.

TVnc omnes ſint parati, ſtantes in loco ſuo in choro per ordinem, vt cũ ſignum nouiſſimũ ceſſauerit, cum ſumma humilitate & honeſtate referant laudes Deo in conſpectu Angelorum.

ET ſi fortè alicui frequens tuſſis, aut flegma euenerit, aut ex pectore, aut naribus excreſceret, poſt dorſum proijciat, aut iuxta latus. Caueat autẽ curioſè, ut infirmis fratribus non vertatur in

nau-

nauſeam,& ſemper quod ſpuitur, pede conculcetur, vt dum ad orationem curritur, veſtimenta eorum non ſordidẽtur; & infra Eccleſiã,& in omni loco,& Conuentu, ſeu in Porticu, hoc obſeruetur, vt quod ſpuitur pedibus conculcetur.

POſt expletionem verò nocturnæ laudis, in illo interuallo, ſummum ſilentium fiat, tam in voce, quam in inceſſu, ſine ſono alicuius rei, vt liceat vnicuiq; ſine alterius inquietudine peccata Domino confiteri,& veniam, & remiſſionẽ pro ipſis flendo Deum poſtulare.

CVm verò inchoante Aurora, diei ſonum inſonuerit, omnes feſtinẽt cũ humilitate cordis, quaſi ad Deum clamantes, ac miſericordiã ſibi placabilẽ factũ Matutinis Laudibus, prompta volũtate, vocum modulis, nec nimis productè, nec multum correptè, cũ ſumma grauitate & honeſtate perſoluere.

EX hac autem Matutina laude, ſummum & pręcipuum fiat ſilentium in orando, vel legendo.

Item

ITem conuenientes fratres ad Primā, dum completur ipſum officium, ante ipſum quinquageſimum, donent confeſſiones ſuas viciſſim, pariter ſupplici eorum certatim pro ſe orantes.

HOc expleto veniant oēs ad Capitulum, verſi ad Orientē ſalutēt Crucē, & cæteris fratrib. ſe vndiq; humiliēt ſimiliterq; ſaciant in omni Conuentu.

POſt recitata nomina Sanctorū, quorum feſta Craſtina dies excipiet, ſurgentes pariter dicant verſum, Præcioſa in conſpectu domini: quem ſequatᷣ oratio à Priore: deinde vers⁹, Deus in adiutorium meum intēde; Domine ad adiuuandum me feſtina: tribus uicibus, & ſubiungentibus, Gloria patri & filio. Surgentes iterum, dicant verſum, Reſpice domine in ſeruos tuos, vſq; in finem pſalmi, ſubiungentes, Gloria patri, humiliter. Poſt hunc verſum ſequatᷣ oratio, à Priore, Dirige, & ſanctificare.

POſt hæc qui culpabilis eſt veniā poſtulet, & ſecundum modum culpæ,

vin-

vindictam recipiat. Et tam in Clauſtro q̃ in quolibet Conuentu, vel loco ueniã poſtulet frater, ante Dñm Abbatẽ, vel Præpoſitũ, aut Decanũ, aut quemlibet aliũ de Senioribus. Cũ.n. ille ſenior dixerit. Quæ eſt cã; Frater ille qui veniam poſtulat primũ oĩum reſpondeat, Mea culpa Domne. Si verò aliud quocunque dixerit, iudicet̃ exinde culpabilis: Poſtea dicat̃ à Dño Abbate, vel cæteris, à quib. obedientia eſt faciẽda quicqd eſt] neceſſarium, & vtile fuerit in cõi Monaſterij.

QVique verò frater veniam poſtulat pro culpa, quãto plus ſe humiliat, & ſe culpabilem aſſerit, tanto miſericordius & leuius à Priore iudicetur: neceſſe eſt enim, ut omnes negligentias noſtras, vel cogitationum, vel linguæ, uel operis, in præſenti vita per humilem cõfeſſionẽ, & humilitatem ſemper iudicemus, vt nõ poſt mortem nos reos faciãt.

SVrgentes à Capitulo, atque ad opera exeuntes, ſimul omnes circunſtantes dicant Deus in adiutorium meum intẽ-

de;

de; Dn̄e ad adiuuādū me feſtina ſubiungēdo, Gloria patri, & orationē Dominicā flectētes genua. Poſt orationē Dominicā dicat Prior; Adiutoriū noſtrū in nomine dn̄i, & rn̄dētibus oībus, ꝗ fecit cęlum & terrā, vadant oēs ſimul aut ſeparatim ad opus iniunctū ſibi, cuſtodiētes ſilētiū decātēt pſalmos, aut Pater noſter, aut bini, aut ſinguli, iuxta ꝙ congruū eſt, nihil aliud loquentes, niſi fortè de ipſa arte neceſſariū fuerit dicere, qđ dicatur cautè.

CVm ad opus diuinū horis canonicis auditum fuerit ſignum, ſicut continet regula, relinquāt ſtatim quicquid in manibus eſt, ſic tn̄, vt non pereat. Et tūc conueniant ſimul omnes ad oſtium oratorij, aut certè ſint parati ad obedientiā, & dicant verſum, Benedictus es domine Deus, quia adiuuiſti me, & conſolatus es me. Tribus vicibus, Priore tantum incipiente, ſubiungentes, Gloria Patri, flectētes genua. Oratione autem completa ſurgāt, & dicat Prior, miſereatur noſtri omnipotens Deus, & reſpōdeant, Amen.

A Calendis Octobris vſque ad Paſcha tertia hora, hoc faciant: à Paſcha autem, vſque ad Calēdás Octobris, hoc hora ſexta, & nona fiat.

OMni tempore in Eccleſia ſummū ſilétium teneatur, exeepto hoc qđ ad aures Dei pertinet. Et nullus ex fratribus aliū puro nomine aliquādo audeat appellare, ſed ſicut decet, Seniores ſuos minores fratres nominēt, iuniores uero, ſeniores ſuos, nonnos ꝙ eſt paternę reuerentię: Abbas vero, Dn̄s, & Pater, vocet᷑.

IVramētū aliud nullus ꝓferat, niſi, crede mihi, qđ in euangelio Ioānis. 4. cap. legimus mulieri Samaritanę dn̄m affirmaſſe: aut planè S. Auguſtinū legimus ſepè teſtificatum fuiſſe: aut certè, ſanè ꝙ eſt monachorum aſſetudo, affi, iurandi.

SI frater increpatur à Priore qualicunque de cauſa, aut ab alio quolibet, aut certè à minore, repræhēditur pro aliqua re, ſtatim cū ſumma velocitate in faciem ſuam cadens veniam poſtulet, quia hæc humilitas Deo exhibetur, nō homini: & ſi ex

ſi ex corde fiat, indulgẽtiam promerebi-
tur. Oportet omnino ante omnia, ut obe
dientes ſibi inuicem ſint, & ipſa obediẽ-
tia, ſi recto corde omnino Deo offert, ip-
ſa eſt quæ ducit ad vitam: citius enim ex
auditur vna oratio obedientis, quàm de-
cem mille contemnentis. Cum verò ſibi
obuiant fratres, vbiq; dicat iunior, ſenio
ri inclinato capite, Benedicite. Si iunior
ſedeat, trãſeunte ſeniore ſurgat: ſi ſenior
voluerit ſedere, iunior tamẽ, niſi iuſſus,
non ſedeat iuxta regulam. Si cognoueris
aliquem ex fratribus inuidiam, vel iram
aliquam modicam, aut triſtitiam in cor
de retinere, ſtatim corripiatur, vt emẽde
tur, & quot dies hoc cõfiteri neglexerit,
tot dies pœniteat: & ſi humiliter reſpõde
rit, & ueniam poſtulauerit, cum uenia iu
dicetur. Cũ autem Dominus Abbas, aut
certè quis ex Senioribus alicui ex fratri-
bus, aliquod opus pceperit, ſuſcipiat iu
nior, cũ ſumma honeſtate iubentis impe
riũ, ſicut regula docet, & ſit auris parata
ad audiendũ, ac ſi diuinitus dicatur, ſint

pedes recti, manus expeditæ ad faciendũ opus, & humiliato capite dicat, Benedicite. Similiter cũ iterum iuſſerit, ita faciat. Egredientes de domo aut de cõuentu dicant, Bñdicite, ẽt ſi ſolus ſit, qa Dñs vbique pſ̃ens vnicuiq; poſtulãti paratus reddere rõnem. Si aliqd in cellario, vel refectorio, vel coquina, vel quolibet alio loco frater neglexerit, ſtatim ſine vlla mora, currat ad veniã poſtulandã. Et ſi talis eſt res q̃ neglexerit, manu teneat in terram proſtratus, veniã poſtulando qd egerit.

CAueant a ſęculari & ſuperfluo riſu, & de frequẽti loquutione cum amicis. Et ſi neceſſe fuerit, vbi aliter eſſe non poterit, non loquatur ſolus cum eo, niſi præſentibus, & audientibus alijs fratrib. de quorum fide certa ſit fiducia, & hoc maximẽ in iuuenibus obſeruetur. Mens enim quæ Deo ſeruire cupit, ſęcularium loquutionem, & conuerſationem contemnere, & derelinquere debet.

NOn vadant infra monaſterium partim vbicunque voluerint, niſi obędientia

dientia vniuſcuiuſq; exigat, vel impetra uerit. Nullũ opus bonum, etiam ſi uideatur, ſine iuſſione agere præſumãt. Nihil dare, aut accipere ſine iuſſione Abbatis, nec habere proprium, niſi quod Abbas dederit, aut pmiſerit. Non dẽt aliud uni cuiq; in cibo, uel potu, uel ueſtimento, dari, quam regula præcipit, qui ãt plus habere deſiderat, occaſionem cõtra ſe occulti hoſtis noſtri excitare nõ ptimeſcit.

NVllus aliꝫ aliqđ pteritũ, uel turpe peccatum improperet. Si ſenior viderit iuniorem delinquere, corripiat eũ inter ſe, & ipsũ ſolũ, ſemel ſcđo, & tertio de leuioribus tãtũ culpis, qa de aliqbus grauibus culpis, ſi cõtinget opere perpetrare, ſtatim emẽdet ſcđm regulã. Et qui alium vult caſtigare, leniter ſolidare ſtudeat, ſecũdũ qualitatẽ neglecti, quia ſæpè frangit deterius mẽbri fractura, quæ incautè ligat. Pro immũdis uerò cogitationibus, & nociuis, vel ineptis loquutionib. ſẽper ad cõfeſſionem recurrat. Humiliter ſibi inuicem reſpõdeant fratres.

HOra canonica audito ſigno, cito ad oratoriũ recurratur,& non cõtendant de aliquo. Et ſi contigerit, qui primus ſapienter tacuerit, ſapiẽtior reputetur. Ante horã, vel poſt horam, nihil cibi recipiant, exceptis infirmis,& infantibus, quorũ imbecillitas à Priore cõſiderãda eſt. Nõ detrahat qs, aut detrahenti cõsẽtiat. Pacẽ ſint ſeminãtes inter ſe fratres, nõ diſcordiã. Sæculariũ fabulæ longè ſint ab eis. Certis horis ſtatutis nõ negligãt opera manuũ agere, qa virtus eſt aĩæ,& corporis: cæteris ãt horis lectioni vacent. Et ſi fieri põt, in vno loco, aut in Clauſtro ſedeãt, vt iuicẽ ſe uidẽtes, coarctent,& ſub ſilẽtio legãt. Et ne alius ad aliũ iũgat, niſi neceſſitas expoſcat: idipsũ tamen ſine inquietitudine alterius fiat.

AEſtiuo tẽpore poſt prandiũ unuſqſque ad propriũ locũ pgat, cũ ſumma cautela,& ſine alterius perturbatione, aut legat, aut dormiat. Nullus ex fratribus ſuũ aliqd dicat, aut rẽ aliquã, aut mẽbrum corporis, ſed ſemper noſtrum.

Hoc

Hoc ſolum oportet dicere ꝓpriũ, Mea culpa: oĩa q̃ Deus donat nobis, cõia eſſe dñi: peccatũ vero nõ cõe, quia ex noſtra fragilitate eſt. Prouidendũ magnopere eſt, vt iuſſum Domini Abbatis de quacunque re impleatur ſollicitè, quia hæc eadem obedientia, ſi rectè perficitur, non illi miniſtratur qui præcipit, ſed Deo, qui videt. Et ſi fortè negligatur, quod abſit, corde, uel opere, cito iunior adueniam poſtulandam recurrat. Quando in Choro ad pſallendum ſtant, conſona voce, & corde pſallant.

ET illi incipiant uerſum, q præ cæteris vtilius poſſint, vt ad primam, vel ſecundam ſyllabam, cęteri cõuenire poſſint, iuuenculi pronunciantes uoce.

AD horam verò refectionis, poſt expletionẽ, expectent in eccleſia pſallentes in Choro. Cum audierint cymbalum, & ordinatè, & ſine vllo ſtrepitu feſtinent lotis manibus introire refectorium, ſalutãtes Crucem uerſis vultibus ad Orientem: Et ſedeant omnes ad menſam,

ſam, ſinguli ordine ſuo, cum omni ſilen tio; nulluſq; præſumat quicquam acci- pere cibi, aut potus ante Dominum Ab batem. Ipſe autem Abbas non tardet ac cipere. Cum autem accipit panem dicat frater, fratri, Benedicite, & reſpondeant, Dominus; & ſimiliter faciant de potu, cum primum biberint.

DE cæteris pulmẽtis, q̃ tũc in menſa ſunt, nõ eſt neceſſe amplius benedi- ctionẽ petere. Et antequam incipiant ci bũ ſumere, petat lector benedictionẽ, [& incipiat legere: & ſicut docet regula nul lius vox ibi audiať, niſi ſolius legẽtis, ni ſi forte pro ædificatione, aliq̃d breuius di- catur: poſtea verò quicquid pulmenta- rij ex coquina miniſtrať, qui miniſtrat a nouiſſimo incipiat, & uſq; ad Dominũ Abbatem miniſtrando perueniat: & tũc ſonent cymbalũ tacitè, & dicant fratres, Benedicite, æqua voce, & productè.

DAta benedictione in cõi expectent, ſicut iam diximus, ut Abbas prius accipiat, poſtea ſinguli, dicẽtes Benedici

te.

te. Qñ benedicunt cibum, vel potũ, aut aliquid quicquã, nó ſedendo, ſed ſtando benedicant. Si aũt cũ talibus mixtũ fuerit, Cellerarius faciat modicè ſignum ad miniſtrũ: ſtatim ſurgunt iuuenculi ad miſcendum, & lotos calices impleãt potu, æqna menſura, & ſtent ordinati ut ſunt Cóuerſi. Tũc Cellerarius iterũ ſonet cymbalũ tacitè, & dicãt fratres una voce productè, & data benedictione à Priore, frater iunior q dat Calicẽ in manu ſedentis, caput inclinet humiliter.

CVm verò impletũ ſit opus miſcendi, inclinet ſe in circuitu ad omnes fratres: ſic quoq; ad menſas ſuas. Poma autem, & quælibet naſcentia terræ, quę cruda ſunt, ſiue hora prandij, ſiue cænę, ęqualiter cum alio cibo in menſa, antequã fratres veniant, aut ſedeant, a Cellerario vnicuiq; fratri partiantur. Et ſtatim poſt alium cibũ, illa ad menſam ſub iuncta comedantur. Quo expleto ſtatim finiatur & lectio. Et ſurgentes a menſa dicto verſu, ſinicter Chorus exeat prior

ordinatè,

ordinatè,dexter verò poſterior, nouiſſimè aũt Dñs Abbas, pſallentes pſalmũ quinquageſimũ,diſtinctè,& nõ feſtinãter. Cum introierint oratoriũ, pſalllentes inclinent ſe uſque ad gloriam. Ad Gloriam verò flectent genua.

ET poſt orationem Dominicam, ſurgentes vadant cum ſilentio, ſecundum quod tempus congruit.

POſt veſperas autem, hora competenti facto ſigno, omnes cõueniãt in Capitulo, & legat ſcriptura, q̃ ædificet audiẽtes, quantũ hora permittit, ſicut p̃cipit regula. Et finita lectione, ſurgant oẽs pariter, & dicat Dñs Abbas, Adiutoriũ noſtrum in nomine Domini; & omnes reſpondeant, Qui fecit cœlum, & terrã. Et rectè cum ſilentio, & reuerentia intrent ad Cõpletoriũ, & orent cũ intẽtione mẽtis, & dẽt cõfeſſiones ſuas alterutrũ, & incipiant Cõpletoriũ. Expleto verò officio, ſũmũ ſilentiũ teneant, & ore, & corde, fiãt orõnes ſecretæ, & recordatio peccatorũ cũ gemitu, & lachrymis,

&

& fletu, ſeu ſuſpirio, ita vt nullus alij noceat. Tūc agāt gratias Deo, ita referēdo.

GRatias tibi ago domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, q me dignatus es in hac die, per tuā ſanctam miſericordiam cuſtodire, cōcede quæſo mihi hanc noctē mundo corde, & ſano corpore, ſic tranſire, quatenus mane gratū tibi ſeruitiū exſoluere poſſim. Et ſic, cum magna cautela uadant ad dormitorium. Et dum ad proprium lectum redierit frater, dū ſe collocat, dicat pſalmū Deus in adiutorium meum intende, totum cum Gloria patri. Et poſtea dicat verſum, Pone domine cuſtodiam ori meo & oſtiū circunſtantiæ labijs meis. Et ſic muniat ſe ſigno uenerabili Sāctæ Crucis, & dormiat in domino. Amen.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUEL

F I N I S.

Tranſcripta ex Libro vetuſtiſſimo, Sacri Montis Caſſini manuſcripto, Anno Domini 1590. Menſe Auguſti.

Regula S.S. Patris
Benedicti

Ad Vsum Dni Seueri
Manfredi Monac.
Camald.

Anno Dni 1709
Die 1 Februarij

Omnipotens sempiterne Deus, qui Uni-
genitum Filium tuum mundi Redemptorem
constituisti, ac ejus sanguine placari
voluisti: concede nobis quaesumus salu-
tis nostrae pretium ita venerari,
atque a praesentis vitae malis ejus
virtute defendi in terris, ut fructu
perpetuo laetemur in caelis. Qui tecum

Digitized by Google